Marcus quoqȝ ⁊ lucas eisdē pene verbis eandē sententiā tenuerūt/ nisi ꝙ ābo non interponunt illud ex ꝓpheta testimoniū misericordiam volo ⁊ non sacrificiū. Lucas aūt cū dixisset non veni vocare iustos sed peccatores/ addidit in penitentiā/ quod ad explanandā sententiā valet/ ne quisqȝ peccatores ob hoc ipm ꝙ peccatores sunt diligi arbitretur a xp̄o/ cū ⁊ illa similitudo de egrotis bene intimet quod deus venit vocare peccatores tanqȝ medicus egrotos/ vtiqȝ vt ab iniquitate tanqȝ ab egritudine salui fiant/ qđ fit per penitentiā. Item quod dicit matheus/ tunc accesserunt ad eū discipuli iohānis dicentes/ quare nos ⁊ pharisei ieiunamus frequenter? Marcus similiter intulit dicens/ ⁊ erant discipuli iohannis ⁊ pharisei ieiunantes ⁊ veniunt ⁊ dicunt illi. Cur discipuli iohannis ⁊ phariseoruȝ ieiunant? nisi ꝙ iuste putari potest addidisse phariseos ꝙ simul cū discipulis iohannis hoc dixerunt cū matheus tantū discipulos iohānis hoc dixisse perhibeat. Sed v̄ba ipsa que illos dixisse apud marcū legitur/ magis indicāt alios hoc dixisse de aliis idest cōuiuas qui aderant venisse ad ihesum quia ieiunabant discipuli iohannis ⁊ pharisei ⁊ hoc ei de illis dixisse/ vt quod ait veniunt/ non de ipsis dixerit đ quibus interposuerat ⁊ erant discipuli iohannis ⁊ pharisei ieiunātes/ sȝ cū isti essent ieiunantes veniūt illi quos hoc mouet ⁊ dicunt illi. Cur discipuli iohannis ⁊ phariseorum ieiunant/ tui aūt nō ieiunāt? Quod lucas euidentius expressit ita hoc idem intimans cū dixisset quid eis

marcū sȝ

responderet dn̄s de vocatione peccatorum tanqȝ egrotorū. At illi inquit dixerunt ad euȝ. Quare discipuli iohannis ieiunāt frequēter et obsecrationes faciunt/ similiter et phariseorū/ tui aūt edunt ⁊ bibūt? Ergo ⁊ hic sicut marcus/ alios de aliis hoc dixisse narrauit. Unde ergo matheus. Tunc accesserunt discipuli iohānis ad eū dicentes/ quare nos ⁊ pharisei ieiunamus? nisi qȝ ⁊ ipsi aderant ⁊ ōnes certatim vt quisqȝ poterat hoc obiecerūt? Quorum sententia diuerso loquēdi modo sed tamen a veritate nō alieno a tribus euāgelistis insinuata est. Item illud de sponsi filiis quia nō ieiunabunt qȝ diu cū illis est sponsus/ similiter interposuerunt matheus ⁊ marcus/ nisi ꝙ marcus filios nuptiarū appellauit quos ille spōsi/ quod ad rē nihil interest. Filios quippe nuptiarū non tantū sponsi sed etiā sponse intelligimus. Eadeȝ ergo est aperta sententia/ non altera aduersa. Lucas aūt non ait nūquid possunt filii sponsi ieiunare/ sed ait/ nūquid potestis filios spōsi dū cuȝ illis est sponsus facere ieiunare? In quo ⁊ ipse ad aliud quiddē insinuandū/ eandeȝ sententiā eleganter aperuit. Sic enim intelligit' eosdem ipos qui loquebantur fuisse facturos vt lugentes ieiunarent filii sponsi/ quoniā ipsi essent spōsuȝ occisuri. Quod aūt dixit matheus lugere/ hoc marcus ⁊ lucas ieiunare/ quia ⁊ ille postea ieiunabunt ait/ non tunc lugebunt. Verū illo verbo significauit de tali ieiunio dn̄m loqutū quod pertinet ad hūilitatem tribulationis/ vt illud alterū quod pertinet ad gaudiū mētis

in spiritualia suspense/atq; ob hoc alienate quodammodo a corporalib9 cibis/posterioribus similitudinib9 dn̄s significasse intelligatur de pāno nouo ꝛ de vino nouo Jd ostendens ꝙ animalibus atq; carnalib9 circa corpus occupatis ꝛ ob hoc uetere adhuc sensum trahentib9 / hoc genus ieiunii non cōueniat. Quas similitudines ꝛ alii duo similiter explicarunt. Iā enim satis i ꝓmptu est nihil esse cōtrariū si quid alius dicit quod alius ꝑtermittit seu verbi seu rei/dū vel ab eadē̄ sententia non recedatur vel que forte ab alio ponitur alii non aduersetur.

De filia archisynagogi resuscitata ꝛ de muliere que tetigit fimbriā vestimenti eius ꝛc̄. Ca. xxviii

Sequitur deīde mathe9 adhuc temporū ordinē seruans Hec illo loquente ad eos/ecce princeps vnus accessit ꝛ adorabat eū dicēs filia mea modo defuncta est sed veni impone manū tuā super eā ꝛ viuet ꝛ cetera/vsq; ad illud vbi ait. Et surrexit puella Et exiit fama hec in vniuersam terrā illā Dicunt hoc ꝛ alii marcus ꝛ lucas/sȝ ab isto ordine iā recedūt. Alibi aūt hoc recordantur atq; inserunt idest eo loco vbi redit transfretando a regione gerasenorū post expulsa ꝛ i porcos permissa demonia. Nā hoc marcus ita coniungit post illud apud gerasenos factū. Et cū transcendisset inquit in naui rursus trans fretū/conuenit turba multa ad euȝ et erat circa mare. Et venit quidā de archisynagogis nomine iairus et videns eū procidit ad pedes ei9 ꝛc̄ Ac sic per hoc intelligendum est hoc quidē de archisynagogi filia factū esse cū trāscendisset ihesus in naui rursus trans fretū/sed quāto tēpore non apparet/ Nisi eniȝ esset interuallū/non esset quādo fieret quod modo narrauit matheus in conuiuio domus sue Tanq; de alio quippe narrauit more euāgelistaruȝ qd de se ac domo sua gestū erat. Post quod factū nihil aliud continuo sequitur ꝙ̄ hoc de archisynagogi filia/ Sic enim ipse contexit vt ipse transitus aperte indicet hoc consequenter narrari quod ꝛ cōsequēter factū ē/ quādoquidē cū superi9 cōmemorasset que de panno nouo et vino nouo ihesus dixit/continuo subiecit. Hec illo loquente ad eos / ecce princeps vnus accessit. Ac per hoc si hec ipso loquente accessit/nihil aliud dictorū factorūq; eius interpositū est. In narratione autem marci patet loc9 vbi interponi alia potuerint sicut iā ostendimus. Similiter ꝛ lucas cuȝ post narratum apud gerasenos miraculū transiit ad narranduȝ de archisynagogi filia/non sic trāsiit vt renitatur matheo qui post illas de pāno ꝛ vino similitudines hoc gestū demonstrat dicens. Hec illo loquēte Iste quippe cū terminasset quod apud gerasenos factū narrauerat/ hoc modo transiit in aliud. Factuȝ est aūt in quit cū redisset ihesus excepit illuȝ turba. Erāt eniȝ ōnes expectantes eū. Et ecce vir cui nomen iairus ꝛ ipse princeps synagoge erat/ꝛ cecidit ad pedes ihesu ꝛ cetera. Hic intelligitur ꝙ turba quidē illa continuo exceperit dn̄m/quippe quem rediturū expectabat. Quod vero adiunxit. Et ecce vir cui nomen iair9/ non continuo factū accipiendū est

ſed prius illud de cõuiuio publica
norũ ſicut narrat matheus. Cui rei
ſic coniungit hoc vt non poſſit ali
ud factũ conſequenter intelligi. In
hac ergo narratione quã nunc con
ſiderandã ſuſcepimus/ de illa quidẽ
que fluxũ ſanguinis patiebatur/ õ
nes iſti tres euãgeliſte ſine vlla q̃ſ
tione cõcordant. Neqꝫ enim interẽ
ad rei veritatē ꝙ ab alio aliquid
tacitum ab alio dicitur. Nec quod
marcus dicit quis tetigit veſtimen
ta mea/ ⁊ lucas quis me tetigit. Al
ter eniꝫ dixit vſitate alter proprie/
eandem tamen vterqꝫ ſententiã/ nã
vſitatius dicimus ꝯſcindis me q̃ꝫ
cõſcindis veſtimenta mea/ cũ tamẽ
in aperto ſit quid velimus intelligi.
At vero cũ matheus archiſynago
gum nõ moriturã vel morientẽ vel
in extremo vite poſitam filiã ſuaꝫ
narrat dño nunciaſſe ſed õnino de
functã/ Illi aũt duo morti iã prox
imam nondũ tamen mortuaꝫ/ vſqꝫ
adeo vt dicant veniſſe poſtea qui
mortuã nũciarent ⁊ ob hoc non de
bere iam vexare magiſtrũ/ tanq̃ꝫ ſic
veniret vt manũ imponendo mori
nõ ſineret non vt qui mortuã poſ
ſet ſuſcitare/ cõſiderandũ eſt ne re
pugnare videatur. Et intelligendũ
breuitatis cauſa matheũ hoc potiꝰ
dicere voluiſſe rogatũ eſſe dñm vt
faceret quod eũ feciſſe manifeſtum
eſt/ vt ſcilicet mortuã ſuſcitaret. At
tendit enim nõ verba patris de fi
lia ſua/ ſed (quod eſt potiſſimũ) uo
luntatem. Et talia verba poſuit/ q̃
lis volũtas erat. Ita enim deſpera
uerat vt potius eã vellet reuiuiſce
re/ non credens viuã poſſe inueniri
quã morientẽ reliquerat. Duo ita
qꝫ poſuerunt quod dixit iairꝰ/ ma
theus aũt quid voluerit atqꝫ cogi
tauerit. Vtrũqꝫ ergo petitum eſt a
dño/ vt vel morientẽ ſaluã faceret
vel mortuã ſuſcitaret. Sed cũ inſti
tuiſſet matheus totũ breuiter dice
re/ hoc inſinuauit patrẽ rogantẽ di
xiſſe/ quod ⁊ ip̄m certum eſt voluiſ
ſe ⁊ xp̄ꝫ feciſſe. Sane ſi illi duo vel
quiſq̃ꝫ eorũ patreꝫ ip̄m cõmemoraſ
ſet dixiſſe quod ſui domo veniẽtes
dixerant vt iã non vexaretur ihesꝰ
ꝙ puella mortua fuiſſet/ repugna
rent eius cogitationi verba que po
ſuit matheus. Nũc vero ⁊ id ſuis
ſubnũciantibus ⁊ ꝓhibentibus ne
iã magiſter veniret/ nõ legitur qꝺ
ille cõſenſerit. Ac per hoc ⁊ illud qꝺ
dñs ait. Noli timere crede tantum
⁊ salua erit/ non diffidentẽ reprehẽ
dit ſed credentem robuſtius confir
mauit. Talis quippe in illo fides
erat qualis ⁊ in illo qui ait credo
dñe adiuua incredulitatem meam
Que cũ ita ſint per huiuſmodi euã
geliſtarũ loquutiones varias ſed nõ
contrarias rem plane vtiliſſimam
diſcimus ⁊ perneceſſariaꝫ/ nihil in
cuiuſqꝫ verbis nos debere iſpicere
niſi voluntatẽ cui debent verba ſer
uire/ nec mentiri queq̃ꝫ ſi aliis ver
bis dixerit quid ille voluerit cuiꝰ
verba non dicit/ ne miſeri aucupes
vocũ apicibus quodãmodo littera
rum putent ligandã eſſe veritatem/
cũ vtiqꝫ non in verbis tantum ſed
etiam in ceteris õnibus ſignis ani
morũ non ſit niſi ip̄e animꝰ inqui
rendus. Quod aũt nõnulli codices
habent ſecundũ matheum/ non eniꝫ
mortua eſt mulier ſed dormit/ cum
eã marcus ⁊ lucas duodecim anno
rum puellaꝫ fuiſſe teſtentur/ intelli
gas hebreo more loqutũ eẽ matheũ.

Nam ⁊ aliis scripturarũ locis hoc inuenitur non eas tantũ que virũ passe fuerant/sed omnino feminas etiaȝ intactas atq; integras mulieres appellari Sicut ꝺ ipa eua scriptum est. Formauit eã in mulierem. Et illud in libro numerorũ vbi iubentur custodiri mulieres que nesci erunt cubile masculi idest virgines ne interficiantur. Qua loqutõe etiam paulus ipm xpm ait factuȝ ex muliere. Hoc enim melius intelligimus q; vt illam .xii. ãnoruȝ iã nuptã vel virũ expertã fuisse credam⁹

De duobus cecis ⁊ muto dẽonio

Sequitur mathe⁹ Ca .xxix. ⁊ dicit. Et trãseũte inde ihesu secuti sunt eũ duo ceci clamantes ⁊ dicentes Miserere nostri fili dauid ⁊ cetera vsq; ad illud vbi ait. Pharisei aũt dicebant. In principe dẽoniorũ ẽiicit demões. Hoc de duob⁹ cecis ⁊ de muto demonio/ sol⁹ matheus ponit. Illi enim duo ceci de quibus ⁊ alii narrant nõ sunt isti sed tamen simile factũ est/ita vt si ipse matheus non etiã illius facti meminisset posset putari hoc quod nunc narrat dictũ fuisse etiã ab aliis duobus. Quod cõmendare mẽorie diligenter debemus/esse quedaȝ facta similia/quod probat᷑ cũ ideȝ ipse euangelista vtrũq; ɔmemorat Vt si quando talia singula apud singulos inuenirem⁹ atq; in eis cõtrariũ quod solui non posset/occurrat non hoc esse factuȝ sed aliud simile vel similiter factũ

Ubi turbarũ misertus misit discipulos suos dans eis potestatẽ ⁊ ordinãs queadmodũ viuerẽt qũo matheus cũ marco ⁊ luca cõueniat ⁊ maxime de virga ferenda ⁊ non ferenda Ca .xxx.

Sane deinceps non apparet ordo rerũ gestarũ. Naȝ post hec duo facta de cecis et de muto demonio ita sequitur. Et circuibat ihesus ciuitates multas ⁊ castella docens in synagogis eorũ ⁊ predicans euangeliũ regni/ ⁊ curans õneȝ languorẽ ⁊ õneȝ infirmitatẽ. Videns autẽ turbas misertus est eis quia erant vexati ⁊ iacentes sicut oues nõ habentes pastorẽ. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidẽ multa operarii aũt pauci. Rogate ergo dñȝ messis vt mittat operarios in messem suã. Et cõuocatis .xii. discipulis suis dedit illis potestatẽ spirituuȝ immundoruȝ ⁊ cetera vsq; ad illud vbi ait. Amen dico vobis non perdet mercedẽ suaȝ. In hoc toto loco queȝ nunc cõmemorauimus multa monuit discipulos suos. Sed vtrũ eũ ex ordine matheus subiunxerit an ei ordo narrãdi recordatio sua fuerit sicut dictũ est non apparet. Hunc locũ breuiter videtur perstrixisse marcus/⁊ eũ sic ingressus ẽ dicens. Et circuibat castella in circuitu docens ⁊ conuocauit duodeciȝ ⁊ cepit eos mittere binos ⁊ dabat illis potestatẽ spirituũ immundorũ ⁊ cetera vsq; ad illud vbi ait excutite puluerẽ de pedibus vestris in testimoniũ illis. Sed ãteq; hoc narraret marcus/prius post suscitatã filiã archisynagogi illud narrauit vbi dñm in patria sua mirabãtur vnde illi esset tanta sapientia ⁊ v̓tutes/cũ eius cognationẽ noscerent Quod matheus post ãmonitionem istã discipulorũ ⁊ post alia cõmẽorat. Itaq; incertũ est vtrũ hoc qꝺ agit᷑ in ei⁹ patria/ mathe⁹ omissuȝ

reuocauerit/ an marcus recordatū ante ceperit/quisnā eorū ordinē rei geste ⁊ quis recordatōnis sue tenuerit. Lucas aūt cōtinuo post resurrectionē filie iairi subiungit hunc locū de potestate ⁊ āmonitione discipulorū tam breuiter sane q̄ꝫ marcus/ Neqꝫ ipse ita vt hoc sequi etiā in rerū gestarū ordie appareat. In rationibus ergo discipulorꝫ lucas qui eos alio nomine nominat cuꝫ prius eliguntur in mōte/a matheo non discrepat nisi in nomine iude iacobi/ quē matheus thadeuꝫ appellat/nōnulli aūt codices habent lebbeum. Quis ergo vnq̄ꝫ prohibuerit duobus vel tribus nominibus hominē vnū vocari? Solet iterū querī q̄uo matheus ⁊ lucas cōmemorauerit dixisse dn̄m discipulis vt nec virgā ferrent/ cū dicat marcus/et precepit eis ne quid tollerent i uia nisi virgā tantū/ ⁊ sequatur etiam ipse non perā/non panē/neqꝫ in zona es/ vt ostendat in eodē loco versari narrationē suā in quo ⁊ illorꝫ qui dixerunt nec virgam ferendam? Quod ita soluitur vt intelligamꝰ sub alia significatione dictā virgā que secundū marcū ferenda ē ⁊ sub alia illā que secundū matheuꝫ ⁊ lucā non est ferenda. Sicut sub alia significatione intelligitur temptatio de qua dictū est/deus neminem temptat ⁊ sub alia de qua dictū ē tēptat vos dn̄s deus vester vt sciat si diligitis eū. Illa seductionis est/hec probationis. Sicut iudiciū aliter accipitur de quo dictū ē qui bene fecerunt in resurrectionē vite qui male fecerunt in resurrectioneꝫ iudicii/⁊ aliter d quo dictū est. Iudica me deus ⁊ discerne causā meā de gente non sancta. Illud etiaꝫ iudiciū damnationis est/hoc discretionis. Et multa alia sunt verba q̄ non habent vnā significationē/sed diuersis locis congruenter posita diuerso modo intelliguntur. Et aliquando cū expositione dicūt/ vt ē illud/nolite pueri sensibus effici/sꝫ malitia paruuli estote vt sensibus perfecti sitis Hoc eni breuiter clausa sententia dici potuit Nolite esse pueri sed estote pueri/ Et illud/ Si quis putat se sapientē esse i vobis in hoc seculo/stultus fiat vt sit sapiens. Quid enim aliud dixit q̄ꝫ nō sit sapiens vt sit sapiens? Aliquādo aūt clause ita dicuntur vt exerceāt inquirentē/ vt est quod ait ad galathas/ Inuicē onera vestra portate ⁊ sic adimplebitis legem xpi: Qui enim se putat esse aliquid cuꝫ nihil sit/seipm seducit. Opus autē suū probet vnusquisqꝫ ⁊ tunc in se metipo habebit gloriā ⁊ non in altero. Vnusquisqꝫ enim proprium onus portabit. Nisi oneris nomē sub diuersis significationibus acceperis/ ꝓculdubio putabis eundē sibi in loquendo esse cōtrariū/ ⁊ hoc in vna sentētia tam vicine positis verbis. Qui cū paulo ante diceret alter alterius onera portate/ pꝰea dixit/unusquisqꝫ propriū onꝰ portabit. Sed alia sunt onera participande infirmitatis alia reddēde rationis deo de actibus nostris. Illa cū fratribus sustendāda coīcantur/ hec ꝓpria ab vnoquoqꝫ portātur Ita ⁊ virga intelligit spiritaliter de qua dicebat apostolus. In virga veniā ad vos. Et corporaliter qua vtimur siue ad equum siue ad aliquod aliud opus fuerit/vt interi

omittam et alias huius nominis figuratas significationes. Vtrũ q̃ ergo accipiendum est a domino apostolis dictum / vt nec virgam ferrent ⁊ vt nõ nisi virgã ferrent. Cũ enim secundũ matheum diceret eis nolite possidere aurũ neq̃ argẽtum neq̃ pecuniã in zonis verstris non perã in via neq̃ duas tunicas neq̃ calciamenta neq̃ virgã / conti nuo subiecit. Dign⁹ ẽ operarius ci bo suo Vnde satis ostẽdit cur eos hec possidere ac ferre noluerit. Nõ quia necessaria non sunt sustentati oni huius uite / sed quia sic eos mit tebat vt eis hec deberi monstraret ab illis quibus euangeliũ credenti bus ãnunciarent / tanq̃ stipendia militantibus / tanq̃ fructum vinee plantatoribus / tanq̃ lac gregis pa storibus Vnde paulus dicit. Quis militat suis stipendiis vnq̃ / quis plantat vineã ⁊ de fructu eius nõ edit / quis pascit gregem ⁊ de lacte gregis non percipit? Hinc enim lo quebatur de his que necessaria sũt pdicatoribus euãgelii. Vnde pau lopost dicit. Si nos vobis spiritu alia seminauim⁹ magnũ est si vrã carnalia metamus? Si alii potesta tis ue stre participant nõne magis nos? Sed nõs sum⁹ vsi hac potesta te. Vnde apparet hoc nõ ita prece pisse dñz tanq̃ euangeliste viuere aliũde non debeant q̃ eis prebenti bus quibus ãnunciant euãgelium (Alioquin ɔtra hoc preceptũ fecit idẽ apostolus qui victũ de manuũ suarũ laboribus trãsigebat ne cui q̃ grauis esset) sed potestatẽ habu isse in qua scirent sibi ista deberi. Cũ aũt a dño aliquid imperat᷑ / ni si fiat / inobedientie culpa est. cũ ãt potestas datur / licet cuiq̃ non vti ⁊ tanq̃ de suo iure recedere. Hec er go dñs loquens discipulis id age bat quod ipse apostolus paulop⁹ apertius ita explicat. Quoniã qui in tẽplo operantur / que de templo sunt edunt. Qui altari deseruiunt / altari cõpartiuntur. Sic ⁊ dñs or dinauit his qui euangeliũ ãnunci ant de euãgelio viuere. Ego autez nullius horũ vsus sum. Cum itaq̃ dicit ita dñm ordinasse / se aũt vsũ non esse / vtiq̃ ostendit vtendi po testatẽ datã / non impositã seruiẽdi necessitatẽ. Hoc ergo ordinans do min⁹ quod eũ ordinasse dicit apo stolus qui euangeliũ ãnunciant de euãgelio viuere / illa apostolis loq̃ batur vt securi nõ possiderent neq̃ portarent huic vite necessaria nec magna nec minima Ideo posuit nec virgã / ostendens a fidelibus suis õ nia deberi ministris suis nulla su perflua requirẽtibus / ac per hoc ad dendo / dignus est enim operarius cibo suo / prorsus aperuit ⁊ illustra uit vnde ⁊ quare hec õnia loquere tur. Hanc ergo potestatẽ virge no mine significauit cũ dixit / ne quid tollerẽt in via nisi virgam tantuz. Potuit enim etiã sic breuiter dici. Nichil necessariorũ vobiscuz fera tis nec virgã nisi virgam tantum Vt illud quod dictũ est nec virgaz intelligatur / nec minimas quidem res / quod vero adiunctum est / nisi virgã tãtum intelligatur quia per potestatẽ a dño acceptam que vir ge nomine significata est etiã que non portantur nõ deerũt. Vtrũq̃ ergo dñs dixit. Sed quia nõ vtrũ q̃ vnus euãgelista cõmemorauit / putatur ille qui virgam sub alia

significatione positam tollendã di
xit/ei qui virgã rursus aliud signi-
ficantẽ non tollendã dixit esse con
trarius/ sed iã ratione reddita nõ
putetur. Sic et calciamenta cũ dicit
matheus in via non esse portanda/
curam prohibet qua ideo cogitant
portãda ne desint. Hoc et de duab9
tunicis intelligendũ est/ ne quisq̃
eorũ preter eam quã esset indutus
aliam portandã putaret sollicitus
ne opus sit/cũ ex illa potestate pos
set accipere. Proinde marcus dicen
do calciari eos sandaliis vel soleis/
aliqd hoc calciamẽtũ mistice signifi
cationis habere ãmonet/ vt pes ne-
q̃ tectus sit neq̃ nudus ad terram/
idest nec occultetur euangelium nec
terrenis cõmodis innitatur. Et q̃
nõ portari vel haberi duas tũicas
sed expressius indui et ne induerẽ
tur duabus tunicis/ quid eos mo
net nisi nõ dupliciter sed simplici
ter ãbulare? Ita dñm õnia dixisse
nullo modo dubitandũ est/partim
proprie partim figuratiue/sed euã
gelistas alia istum alia illũ inseru
isse scriptis suis/quedã vero eadẽ
vel duos vel tres eorũ quoslibet
vel õnes quattuor posuisse. Nec sic
tamẽ õnia esse conscripta que ab
illo seu dicta seu facta sunt. Quis/
quis aũt putat non potuisse dñm
in vno sermone quedã figurate q̃/
dam proprie ponere/eloquia cetera
eius inspiciat/ videbit q̃ hoc teme
re ac inerudite arbitretur. Potest
enim iste (vt vnũ aliud dicam quod
interim animo occurrit) quoniã mo
net vt nõ sciat sinistra quid faciat
dextera/ et ipas elemosinas/ et quid/
quid illic aliud precipitur/figurate
accipiendũ putare. Sane rurs9 am
moneo q̃ oportet meminisse lectorẽ
ne tali ãmonitione sepissime indi
geat/aliis atq̃ aliis sermonũ suoꝝ
locis dñm iam multa iterasse q̃ ali
bi dixerat. Ne forte ipsorũ locorũ
ordo cũ ex alio euãgelista non cõ
uenerit alicui eorũ/ huic putet esse
contrariũ/ cũ intelligere debeat ite
rum alibi dici quod iam alibi dic
tum erat. Nec tantũ de dictis verũ
etiã de factis obseruari debere. Ni
hil enim prohibet hoc idem iterum
factũ credere. Calũniari aũt euãge
lio dum nõ credit iterũ factum qd
iterũ fieri non potuisse nemo cõuin
xit/sacrilege vanitatis est.

¶ Ubi iohannes baptista misit ad ihesum de carcere discipulos suos.

Sequitur mathe9 ¶ Ca. xxxi.
et dicit. Et factũ est cũ cõsum
masset ihesus precipiens duodecim
discipulis suis transiit inde/ vt do
ceret et predicaret in ciuitatib9 eo
rum. Johannes aũt cum audisset ĩ
vinculis opera xp̃i/ mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es qui
venturus es an aliũ expectam9 et c.
vsq̃ ad illud vbi ait/ et iustificata
est sapientia a filiis suis. Hunc to
tum locũ de iohanne baptista q̃ mi
serit ad ihesum et cuiusmodi respon
sũ acceperint illi quos misit/ et quid/
quid post eorũ abcessum de iohãne
dñs dixit/interponit et lucas non
quidẽ ipso ordine. Sed quis eorum
recordationis sue/quis rerũ ipsaꝝ
hic ordinẽ teneat nõ apparet

¶ Ubi xp̃s exprobrauit ciuitatibus q̃ nõ ageret penitentiam

Sequitur mathe9 ¶ Ca. xxxii
et dicit. Tunc cepit exprobra
re ciuitatibus in quibus facte sũt
plurime virtutes eius quia non

egissent penitentiã rc: usqȝ ad illud ubi ait. Terre sodomorũ remissius erit in die iudicii q̃ tibi. Etiã hoc cõmemorat lucas cõtinuato cuidã sermoni dñi etiam hec ex ipsi⁹ ore cõiungens. Unde magis videt̃ ipe hoc ordine illa cõmemorare quo a dño dicta sunt. Matheus autẽ sue recordationis ordinẽ tenuisse. Aut si illud quod idem mathe⁹ ait. Tũc cepit exprobrare ciuitatibus. sic accipiendũ putatur ut punctũ ipm ipsis voluisse credatur exprimere in eo quod est tunc. non aũt ipm tẽpus (alioquin lati⁹) quo hec multa gerebant̃ ⁊ dicebantur: quisquis hoc credit. credat etiam hoc esse bis dictũ. Cũ enĩ ⁊ apud vnũ euangelistam inueniantur quedã que bis dixerit dñs sicut apud eũdem lucã de nõ tollenda pera in via/ ⁊ similiter ceteris duobus locis dictuȝ a dño inẽitur. quid mirũ si ⁊ aliquid aliud bis dictũ singillatim a singulis dicitur eodeȝ ordine quo dictũ est/ ⁊ ideo diuersus ordo apparet i singulis. quia ⁊ tunc quãdo ille/ et tũc quãdo iste cõmemorat dictũ ẽ.

Ubi vocat ad tollendũ iugũ suuȝ quẽadmodũ matheus a luca nõ discrepet Ca. xxiii

Sequitur matheus. in illo tẽpore. Respondens ihesus dixit. Cõfiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre quia absconditi hec a sapiẽtibus ⁊ prudentibus rc. usqȝ ad illud ubi ait Iugum meũ suaue est ⁊ onus meuȝ leue. Huius loci ⁊ lucas meminit sȝ ex parte nõ dicit enim ipse Venite ad me õnes qui laboratis ⁊ alia que sequuntur. Semel aũt hoc dictũ a dño: sed lucam non totũ quod dictum est cõmemorasse credibile est

Matheus enim dicit. In illo tẽpore respondens ihesus dixit. Postea q̃ exprobrauerit ciuitatibus. Lucas aũt post illã exprobrationẽ ciuitatũ interponit quedã non tamẽ multa atqȝ hoc ita subiungit In ipsa hora exultauit spũ sancto ⁊ dixit. Unde etiã si matheus nõ in illo tempore diceret sed in ipsa hora / tam pauca interponit lucas in medio ut eadem hora dictũ nõ absurde videatur.

Ubi spicas discipuli vellentes manducauerunt Ca. xxxiiii

Sequitur matheus ⁊ dicit. In illo tempore abiit ihesus sabbato per sata. Discipuli aũt eius esurientes ceperunt vellere spicas ⁊ manducare rc. usqȝ ad illud ubi ait. Dñs est enim filius hominis ⁊ sabbati. Hoc quoqȝ sine ulla repugnantie questione cõmemoratur ⁊ a marco ⁊ a luca sed illi nõ dicunt i illo tẽpore. Unde fortassis magis matheus rei geste hic ordinẽ tenuit Illi aũt recordationis sue nisi latius accipitur quod dictũ est in illo tẽpore idest quo hec multa ⁊ diuersa gerebantur

De habente manũ aridã qui sabbato curatus est Ca. xxxv.

Sequitur ergo mathe⁹ narrãs Et cũ inde transisset/ venit in synagogã eorũ Et ecce homo manũ habens aridaȝ rc. usqȝ ad illũ ubi ait ⁊ restituta est sanitati sicut altera De isto sanato qui manũ habebat aridam etiã marcus ⁊ lucas nõ tacent Posset aũt putari eodẽ die factum ⁊ de spicis ⁊ de isto sanato quoniã sabbatũ ⁊ hic cõmemorat̃ nisi lucas apperuisset alio sabbato factũ esse de sanitate aride manus

Proinde quod ait matheus et cum inde transisset venit in synagogam eorũ/ non quidez uenit nisi cũ inde transisset/ sed post quot dies in sy nagogam eorũ venerit. Posteaq̃ a segete illa trãsiit an recte cõtinuo q̃ illuc ierit non expressum est. Ac per hoc locus datur narrationi luce qui dicit alio sabbato huius ma nũ sanatã. Sed potest mouere qũo matheus dixerit q̃ ipsi interroga uerunt dñm si licet sabbato curare volentes inuenire accusandi occa sionẽ ipse vero illis de oue propo suerit similitudinẽ dicẽs quis erit ex vobis homo qui habebit ouem vnã et ceciderit hec sabbatis i foue am nõne tenebit et leuabit eaz/ quã to melior est homo oue itaq̃ licet sabbatis benefacere/ cũ marcus et lu cas illos potius a dño interroga tos esse perhibeant/ licet sabbato be nefacere an male/ animã saluã face re an perdere. Itaq̃ intelligendum est quod illi prius interrogauerunt dñm si licet sabbato curare Deinde quod intelligẽs cogitationes eorũ aditum accusandi querentiũ cõsti tuerit in medio eorũ quẽ fuerat sa naturus et interrogauerit que mar cus et lucas eũ interrogasse cõmemo rant. Ac tunc illis tacentibus ꝓpo suisse similitudinẽ de oue/ et conclu sisse q̃ licet sabbato bñfacere. Po stremo circũspectis eis cũ ira sicut marcus dicit constristatũ super ce citate cordis eorũ dixisse homini extende manũ tuã

Quo xp̄s abcessit postq̃ manuz aridam sanauit &c. Ca. xxxvi.

Sequitur matheus ita cõtexẽs narrationẽ suam. Exeũtes ãt pharisei consiliũ faciebãt aduersꝰ eũ/ qũo eum perderent. Ihesus aũt sciens/ recessit inde. Et secuti sunt eũ multi/ et curauit eos õnes. Et p̄ cepit eis ne manifestum eũ facerẽt vt adimpleretur quod dictũ ẽ per ysaiam ꝓphetã dicentẽ et cetera vs q̃ ad illud quod ait et in nomĩe eiꝰ gentes sperabunt Hoc solus iste cõ memorat illi duo ĩ alia perrexerũt Proinẽ rei geste videtur marcꝰ ali quantulũ tenuisse qui dicit ihesum cognita malitia aduersum se dispo sitione iudeoruz se cessisse ad mare cũ discipulis suis et ad euz turbas confluxisse et sanasse euz plurimos vnde aũt ceperit in aliud ire nõ q̃ ordinẽ sequeret vix apparet vtrũ vbi dicit cõuenisse ad euz turbas. Potuit enim iã hoc et alio tempore An vbi dicit ascendit in montẽ qđ et lucas videtur cõmemorare dicẽs factũ est aũt in illis diebus exiit ĩ montẽ orare Dicendo enim in illis diebus satis ostendit nõ continuo factum

De muto et ceco qui demoniũ ha bebat Ca. xxxvii

Matheus ergo sequitur et dicit. Tunc oblatus est ei demoniũ habẽs cecus et mutus/ et curauit eũ ita vt loqueretur et videret. Hoc non isto ordine sz post alia multa lucas cõ memorat. Et mutũ dicit tantũ/ nõ etiam cecũ Sed nõ ex eo q̃ aliquid tacet de alio dicere putandus est. Ea enim sequentia etiã ipse otexit que matheus

Vbi ei dictum est q̃ in belzebub eicit demonia et quid ex illa occasi one loqutus est ꝺ blasphemia ĩ spi ritũ sanctum et de duabꝰ arboribꝰ Ca. xxxviii

Sequit̃ mathꝰ dicens. Et stupebant omnes

turbe ⁊ dicebant. Nūquid hic est fi
lius dauid? Pharisei aūt audiētes
dixerunt. Hic nō eiicit demones ni
si in belzebub principe demoniorū
Jhesus aūt sciens cogitationes eo
rum / dixit eis. Omne regnū diuisū
in se desolabitur ⁊c. vsqꝫ ad illud
vbi ait. Ex verbis tuis iustifica
beris / ⁊ ex verbis tuis condēnabe
ris. Marcus nō ex occasione illiꝰ
muti subiicit dictū ꝺ ihesu ꝙ in bel
zebub eiiceret demonia / sꝫ post mul
ta alia que solus cōmemorat hoc
quoqꝫ subnectit sub alio loco id re
colens ⁊ adiūgens siue aliquid ꝑ
termittens ⁊ deinde ad hūc ordinē
rediens. Lucas aūt pene totidem
verbis hoc dicit quod matheꝰ. Et
ꝙ digitū dei appellat spiritum dei
ab eadē sententia non recedit / quin
potius ⁊ aliquid docens vt noueri
mus quēadmodū intelligamꝰ vbi
cūqꝫ scripturarū legerimus digitū
dei In aliis aūt que nō hic dicunt
marcus ⁊ lucas nulla cōtrouersia
est / nec in his que aliquādo aliter
dicunt quia eadem sententia est

Ubi respondit petētibus signū
de iona ⁊ niniuitis ⁊ regina austri
⁊ de spiritu qui cū exierit ab homi
ne redit   Ca. xxxix.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Tūc
responderunt ei quidā de scribis ⁊
phariseis dicentes. Magister volu
mus a te signū videre ⁊c. vsqꝫ ad
illud vbi ait / sic erit ⁊ generationi
huic pessime / Hec etiā lucas narrat
eo quidē loco sed aliquāto dispari
ordine. Nā illud ꝙ petierunt signū
a dño de celo supra cōmemorauit
post illud de muto miraculū ⁊ non
ibi retulit quid eis ad hoc dñs res
pondisset / sed postea cuꝫ turbe con
currissent dicit hoc fuisse responsuꝫ
eis / quos dat intelligi superius a se
cōmemoratos quod de celo signuꝫ
querebant / ⁊ hoc annectit posteaq̃
interposuit de muliere que dixit do
mino Beatus venter qui te porta
uit. Hanc ergo mulierē interponit
cū de sermone dñi cōmemorasset / ꝙ
spiritus immundus exiens ab homi
ne redit ⁊ inuenit mundatā domuꝫ
Post mulierē aūt illam cuꝫ diceret
responsuꝫ esse turbis de signo quod
de celo querebant interposita simi
litudine ione prophete. Deinde cō
tinuato sermone ipsius dñi cōmē
rat dictū de regina austri ⁊ de nini
uitis. Ita aliquid potius cōmemo
rauit quod matheus tacuit / q̃ꝫ ali
quid pretermisit eorū que ille nar
rauit: Quis aūt non videat super
fluo queri quo illa ordine dñs di
xerit? Ubi ⁊ hoc discere debeamus
per euangelistarū excellentissimam
autoritatem non esse mendacium si
quisq̃ꝫ nō hoc ordine cuiusq̃ꝫ sermo
nem digesserit quo ille a quo pro
cessit / cū ipsius ordinis nihil inter
sit ad reꝫ cū ita sit. Et adhuc lucas
productioreꝫ hunc dñi sermonē in
dicat ⁊ adhuc quedā cōmemorat q̃
lia matheus in sermone illo qui ē
habitus in monte / que bis dicta in
telligimus ⁊ ibi scilicet ⁊ hic. Ter
minato aūt isto sermone in aliud
pergit lucas in quo vtrū ordinem
rerū gestarū seruarit incertum est.
Ita enim connectit. Et cū loquere
tur / rogauit eū quidam phariseus
vt pranderet apud se. Non autem
ait cū hoc loqueretur sed cuꝫ loque
retur Nam si dixisset cū hoc loque
retur necessario cogeret intelligere
hoc ordine non tantum a se fuisse

narrata verum et a dño gesta

Ubi ei nunciatū est matrē et fratres foris stare Ca. xl.

Sequitur ergo matheus et dicit Adhuc eo loquente ad turbas ecce mater eius et fratres stabāt foris querētes loqui ei et cetera usqz ad illud ubi ait quicūqz eni fecerit voluntatē patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. Hoc sine dubio consequenter gestū intelligere debemus. Premisit enim cuz ad hoc narrandum transiret adhuc eo loquente ad turbas. Quid est aūt adhuc nisi illud quod loquebatur. Nō enim dixit et eo loquēte ad turbas ecce mater eius et frēs / sz adhuc eo loquēte cū dicit cogit intelligi que superius indicabat. Nā et marcus post illud quod de blasphemia spiritus sancti quid dñs dixerit retulit veniunt inquit mater eius et fratres pretermissis quibusdā que in eodē textu sermonis dñi et matheus ꝓlixius marco et lucas ꝓlixius matheo posuerūt. Lucas aūt non huius rei geste ordinē tenuit sed preoccupauit hoc / et recordatum ante narrauit. Deniqz hoc sic interposuit vt solutū appareat a nexu superiorū et inferioruz Post cōmemoratas enim quasdaz parabolas dñi / ita hoc de matre et de fratribus eius recordatū iterposuit. Venerunt aūt ad illuz inquit mater et fratres eius / et nō poterāt eū adire pre turba. Non expressit quando ad eū venerunt. Rursus cū et hinc transit ita loquitur. Factū est aūt inquit in vna dierū / et ipse ascēdit in nauiculā et discipuli eius Et hic vtiqz cū dicit factū ē i vna dierū satis indicat non necesse esse vt hic dies intelligatur in qua hoc gestū est vel illa qua cōtinuo sequītur. Nihil itaqz habet repugnantie cū ceteris duobus quod matheus de matre et fratribus dñi narrat / neqz in verbis dñi neqz in ipso rerū ordine gestarum

De parabolis quas loqutus est ihesus de nauicula puta de illo cuius semen aliud cecidit in via etc. Et de illo cuius semini superseminata sunt zizania et d grano synapis et fermento etc. Ca. xli.

Sequitur matheus In illo die exiēs ihesus de domo sedebat secus mare. Et congregate sunt ad eū turbe multe ita vt nauiculaz ascēdēs sederet. Et ōnis turba stabat in littore / et loqutus est multa i parabolis dicēs etc. vsqz ad illud vbi ait. Ideo ōnis scriba doctus i regno celorū similis est homini patrifamilias qui pro. de the. suo no. et ve. Post illud quod narratū est d matre et fratribus dñi hoc cōtinuo gestū esse et eum ordinē matheū in narrando etiaz tenuisse ea res insinuat / quia cū illinc transiret ita cōtexit vt diceret. In illo die exiens ihesus de domo / sedebat secus mare et cō. s. ad eū turbe multe. Cū enim dicit in illo die (nisi forte dies more scripturarū tempus significet) satis indicat / aut hoc consequēter gestū aut non multa interponi potuisse. Maxime quia et marcus euz ordinem tenet. Lucas aūt post illud quod narrat de matre et fratribus dñi in aliud trāsit nec eo transitu connexionē aliquam facit qua huic ordini repugnare videatur. Omniū ergo horū que matheus dominū loqutū esse narrauit que cum

illo dixerunt marcus ⁊ lucas/non habẽt repugnantie questionẽ. Que aũt solus dixit/ multũ magis sine controuersia sunt. Hec in ipso or dine quãuis aliquãto diuersũ ali us aliũ teneat/partim gestarũ rerũ partim recordatõis sue uideo quid vel cui quisq̃ aduersetur

Qr venit in patriã suã ⁊ mirabã tur doctrinã eius cũ genus contem nerent ⁊ de narrãdi ordie. Ca. xlii

Sequitur ergo matheus Et fac tum est cũ consummasset ihesꝰ parabolas istas/trãsiit inde Et ve niens in patriã suam docebat eos in synagogis eorũ ⁊ cetera vsq̃ ad illud vbi ait. Et nõ fecit ibi virtu tes multas propter incredulitatẽ eorũ: A superiore sermone parabo larũ sic transit vt nõ ostendat cõ sequentis ordinis necessitatẽ ꝑser tim cũ marcus ab istis parabolis nõ quod iste sed in aliud tendẽs in quod ⁊ lucas ita cõtexuit narratio nem vt credibilius ostendatur hoc esse potius cõsequenter gestũ quod ipsi duo cõtinuanter adiungũt de naui in qua dormiebat ihesus ⁊ de illo miraculo expulsorũ demoniorꝝ apud gerasenos que duo matheus iam superius recolens interposuit. Nunc ergo que in patria sua dñs dixerit/vel ei dicta sint videamus vtrũ cũ aliis duobus marco ⁊ luca concordent. Nã iohannes longe in diuersis ⁊ dissimilibus narratõis sue locis vel dicta esse dño talia vel eũ dixisse cõmemorat qualia hoc lo co tres ceteri meminerunt. Et mar cus quidẽ eadem prope omemorat hec õnia que matheus nisi q̃ dñm fabrũ ⁊ marie filiũ dicit a ciuibꝰ suis dictũ nõ sicut matheus fabri filiũ. Nec mirandũ est cum vtrũq̃ dici potuerit/eo enim ⁊ fabrũ crede bant quo fabri filiũ. Lucas autẽ eandem rẽ gestã latiꝰ indicat ⁊ plu ra ibi cõmemorat. Nec longe post baptismũ ⁊ temptationẽ eius inse rit hoc sine dubio preoccupãs qd multis rebus interpositis postea ge stum est. Vnde quisq̃ possit aduer tere quod huic tam magne questio ni quã de cõsensu euãgelistarũ eno dandã deo adiuuante suscepimus plurimũ necessariũ est nõ nesciẽtes aliquid eos ꝑtermisisse/aut nescien tes queãdmodũ se ordo rerũ gesta rum haberet aliũ potius ordinẽ re cordationis sue tenuisse. Quod hic euidentissime intelligi potest/ quia lucas anteq̃ aliquid narraret dñz fecisse capharnaũ ꝑoccupauit hũc locũ quẽ nunc consideramus vbi ci ues eius/⁊ potentiã virtutis in eo stupebãt ⁊ ignobilitatẽ generis con temnebant Nã hoc eũ dicit eis dix isse. vtiq̃ dicitis mihi. Medice cu ra teipm. Quãta audiuimus facta in capharnaũ fac ⁊ hic i patria tua Cũ secundũ eiusdem ipius luce nar rationẽ nihil adhuc legatur fecisse capharnaũ. Quod quia longũ non est ⁊ facilimũ ⁊ pernecessariũ totũ inserimus vnde ad hoc narrandũ ⁊ qñõ venerit. Postea q̃ baptisa tum ⁊ temptatũ dñm indicat Ita sequit̃. Et cõsummata omni temp tatione/dyabolꝰ recessit ab illo vs q̃ ad tempus. Et regressus est inde ihesus in virtute spiritus in gali leam. Et fama exiit per vniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in synagogis eorũ ⁊ magnificabatur ab õnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus. Et intrauit secundũ

consuetudinē suam die sabbati in
synagogā/ ⁊ surrexit legere. Et tra
ditus est ei liber ysaie ꝓphete. Et
vt reuoluit librū inuenit locū vbi
scriptū erat/ spiritus dñi super me
propter quod vnxit me euāgeliza
re pauperibus misit me predicare
captiuis remissionē predicare an
num dñi acceptum ⁊ diem retribu
tionis. Et cū plicasset librū reddi
dit ministro/ ⁊ sedit. Et omnium in
synagoga oculi erant intendentes
in eū. Cepit aūt dicere ad illos/ qz
hodie impleta est scriptura hec ī au
ribus vestris. Et ōnes testimoniū
illi dabant ⁊ mirabantur ī verbis
gratie que procedebant de ore ipi9
⁊ dicebāt Nōne hic ē filius ioseph?
Et ait illis Vtiqz dicetis mihi hāc
similitudinē. Medice cura teipsū
quāta audiuimus facta in caphar
naū fac ⁊ hic in patria tua ⁊c. do
nec peragat totū ipm narrationis
sue locū. Quid ergo euidentius ꝙ
hoc eū scientem preoccupasse narrā
dum cū vtiqz iam magna ab illo ī
capharnaū facta fuisse ⁊ ipse noue
rit ⁊ ipse cōmemoret que se nondū
narrasse vtiqz scit? Neqz enim tan
tū ab eius baptismo progressus ē/
vt oblitus putetur nondum se ali
quid cōmemorasse de his que in ca
pharnaū gesta fuerant. Modo eniz
cepit post baptismū aliquid narra
re de domino

Quō tres inter se cōueniāt de v
bis herodis audietis miracula xpi

Sequitur matheus ¶ Ca. xliiii.

In illo tempore audiuit hero
des tetrarcha famā ihesu ⁊ ait pue
ris suis Hic est iohannes baptista
ipse surrexit a mortuis ⁊ ideo vir
tutes operantur in eo. Marc9 hoc
⁊ eodem modo dicit sed nō eodem
ordine Nam postea ꝙ discipulos
dñs misit dicens eis/ ne quid ī via
tantū ferrent nisi virgā/ terminato
eo sermone quātum ab illo cōmemo
ratū est etiam hoc subiecit. Nulla
tamen facta necessitate qua hoc eti
am consequenter gestū esse intellige
re cogeremur/ sicut nec mathe9. In
illo enim tēpore dixit non illo die
vel hora nisi quod marcus nō qđ
herodes dixerit sed dicebant īquit
quia iohannes baptista surrexit a
mortuis matheus vero de ipso he
rode ait inquit pueris suis. Lucas
etiam eundē narrandi ordinē quē
marcus tenens nec ipse sane etiā re
ruz gestarū eundē ordinē fuisse cre
di cogens ita hoc idē cōmēorat. Au
diuit aūt inquit herodes tetrarcha
ōnia que fiebant ab eo ⁊ hesitabat
eo ꝙ diceretur a quibusdā quia io
hānes surrexit a mortuis a quibus
dam vero quia helias apparuit Ab
aliis āt qz ꝓpheta vn9 đ antiquis
surrexit. Et ait herodes iohannem
ego decollaui quis ē aūt iste đ quo
audio ego talia? Et querebat vide
re eū. In his verbis lucas quoqz
marco attestatur ad hoc dūtaxat
ꝙ alii dixerūt nō herodes iohannē
a mortuis resurrexisse. Sed quia he
sitantem cōmemorauit herodē ver
baqz eius postea posuit dicentis io
hannē ego decollaui quis est autē
iste de quo audio ego talia intelli
gendū est aut post hesitationē hāc
confirmasse in animo suo quod ab
aliis dicebatur cū ait pueris suis
sicut matheus narrat ⁊ ait pueris
suis / hic est iohannes baptista ip
se surrexit a mortuis ⁊ ideo virtu
tes operātur ī eo/ aut ita ꝓnūcianda

sunt hec verba vt hesitantē adhuc indicent. Si enim diceret nunquid nā hic est/aut nūquid forte hic est iohānes baptista nō opus esset am monere aliquid de pronūciatione qua dubitans atq3 hesitans intelli gatur. Nūc quia illa verba desunt vtroq3 modo pronūciari potest ut aut confirmatū eu3 ex alioru3 ver bis credentē dixisse accipiam9/aut adhuc sicut lucas cōmemorat hesi tantē. Presertī3 quia ⁊ marc9 qui superius dixerat ab aliis fuisse di ctum q iohānes a mortuis resurre xit/in extremo tamen ipm herodem dixisse nō tacet que3 ego decollaui iohannē hic a mortuis resurrexit. Que item verba duobus modis ꝓ nunciari possunt/ Ut aut cōfirmā tis aut dubitantis intelligat᷑. Cu3 aūt lucas posteaq3 hoc cōmemora uit in aliud transeat / duo isti ma the9 ⁊ marcus ex hac occasione nar rant queadmodu3 sit ab herode io hānes occisus

De iohāne incluso vel occiso quo ordine a tribus narret᷑. Ca. xliiii.

Sequitur ergo matheus ⁊ dicit herodes enim tenuit iohannē ⁊ alligauit eū ⁊ posuit in carcerem propter herodiade3 vxorē fratris sui ⁊ cetera vsq3 ad eū locū vbi ait Et accedentes discipuli ei9 tulerūt ⁊ sepelierunt illud ⁊ venientes nun ciauerūt ihesu. Marcus hoc simili ter narrat. Lucas aūt non eodē or dine id recordat᷑ sed circa ipm bap tismū quo dn̄s baptisatus est. Un de hoc preoccupasse itelligitur ⁊ ip se ex occasione/vt ibi narraret qđ multopost factū est: Cū enim cōme morasset iohannis verba de dn̄o q ventilabrū in manu eius ⁊ munda bit areā suā/frumenta recondet in horreum suū / paleas aūt cōburet igni inextinguibili/continuo subie cit quod nō continuo factu3 esse io hānes euangelista exponit/cū com memorat posteaq3 baptisatus esset ihesus isse illū in galileam quando fecit de aqua vinū / ⁊ inde p9 pau corū dierum in capharnaū habita tionē redisse ad iudeā terram ⁊ ibi baptisasse multos circa iordanē an teq3 missus esset iohānes in carcerē Quis aūt non putet qui minus in his litteris eruditus est tanq3 post illa verba de ventilabro ⁊ de area mundata cōtinuo sit a iohāne offē sus herodes / ⁊ eū in carcerem mise rit Non aūt hoc ordine ista narra ta quo gesta sunt ⁊ alibi iam ꝓba uimus/⁊ hoc ipso loco nō quilibet ali9 sed idem lucas hoc probat. Si enim post verba illa cōtinuo iohā nes in carcerē missus est quō post ipsam cōmemorationē iohannis in carcerē missi baptisatus est ihesus secundū ipsius luce narrationem. Proinde manifestū est ex occasiōe recordatū preoccupasse / ⁊ āte mul ta que prius q̄ iohanni hoc fieret gesta narraturus erat hoc preoccu patū in sua narratione premisisse. Sed nec illi duo matheus ⁊ marcus eo rerū ordine de iohanne in carce re misso i sua narratione posuerūt quo factū apparet etiam in eorum scriptis. Nā ⁊ ipsi dixerunt tradi to iohanne dn̄m isse in galilea3. Et post multa que fecit in galilea ve niunt ad herodis āmonitione3 vel hesitationē q iohannes quē decol lauit a mortuis resurrexit. Et ex hac occasione narrant ōnia que de iohāne cōtigerūt incluso vel occiso

Ad miraculū d̄ quinq̄ȝ panibus quo ordine ab ōnibus ventū sit. Ca. xlv.

Sequitur ergo matheus cū dixisset nunciatū esse xp̄o q̄ iohannes occisus sit/ et ita narrationē contexit. Quod cuȝ audisset inquit ihesus secessit inde in nauicula in locū desertū seorsuȝ Et cū audissēt turbe secute sunt eū pedestres de ciuitatibus Et exiens vidit turbam multā ⁊ misertus est eis ⁊ curauit languidos eorū. Hoc cōtinuo post iohannis passionē factū esse cōmemorat. Unde post hec facta sunt illa que primo narrata sunt quibus motus herodes dixit Johannē ego decollaui. Illa enim posteriora debent intelligi que ad herodē pertulit fama vt moueret̄ ⁊ hesitaret quisnā iste esse posset d̄ quo audiret talia cū iohannem ipse occidisset. Marcus aūt posteaq̄ȝ passionē iohannis narrauit / cōmemorat discipulos suos redisse ad ihesum ⁊ renūciasse ei ōnia que egerant ⁊ docuerant. Et dn̄ȝ eis quod ipse solus cōmemorat dixisse vt requiescerent pusillū in deserto ⁊ ascēdisse cū eis nauem ⁊ isse Et turbas hoc videntes preuenisse eos illuc/ q̄rum misertum dn̄m docuisse multa Et hora iā progrediente factū esse vt de quinq̄ȝ panibus ⁊ duob9 piscibus ōnes qui aderant pascerent̄ quod miraculū ōnes quattuor euāgeliste cōmemorauerunt. Lucas etiam qui iam longe supra de iohannis passione narrauerat ex occasione qua diximus nūc posteaq̄ȝ comemorauit illā herodis hesitationem de dn̄o quisnam esset hoc cōtinuo subiūgit quod marcus idest redisse apostolos ad illū/ ⁊ narrasse illi q̄cūq̄ȝ illi fecerant. Et assumptis eis recessisse ad locū desertū/ atq̄ȝ eo secutas turbas ⁊ loqutū esse de regno dei. Et eos qui cura indigebant sanasse Atq̄ȝ inde etiā ipse die declinā te cōmemorat miraculuȝ de quinq̄ȝ panibus factū. At vero iohannes qui multū ab eis tribus euāgelistis eo distat quia magis in sermonib9 quos dn̄s habuit imoratur q̄ȝ i factis que mirabiliter fecit/ posteaq̄ȝ cōmemorauit eū relicta iudea abisse iterū in galileā (quod tunc intelligitur factū cū ⁊ alii euāgeliste dicunt eū iohanne tradito isse in galileam) Posteaq̄ȝ ergo cōmemorauit iohannes in trāsitu eius per samariā multa que loqutus est ex occasione illius samaritane quā inuēit ad puteū/ contexit narratiōi sue/ ⁊ post duos dies dicit eū inde exisse in galileā. Deinde venisse in chana galilee vbi fecerat de aqua vinū ⁊ sanasse filiū reguli cuiusdam Alia vero que illū in galilea fecisse atq̄ȝ dixisse alii dixerunt iohānes tacet. Sed sane quod illi tacuerunt dicit ascendisse eū die festo ihero solimis ⁊ fecisse ihesum miraculum illud de homine qui. xxxviii. ānos habebat in infirmitate nec habebat hominē a quo in piscinā deponeretur in qua varus valitudinib9 affecti sanabantur. Et ex hac occasione multa eū loqutū fuisse cōmemorat. Post hoc dicit eū abisse trans mare galilee quod est tyberiadis / ⁊ secutam multitudinē magnā. De inde abisse in montē ⁊ ibi sedisse cū discipulis suis/ proximo pasca die festo iudeorū. Tunc leuatis oculis ⁊ visa multitudine maxima pauisse eā de quinq̄ȝ panibus ⁊ duobus

piscibus/quod ⁊ ceteri euangeliste dicūt· Ac per hoc pretermisisse illū que illi narrando ad huius miraculi cōmemorationē venerunt certuꝫ est· Verūptamen tanꝗ ex alia narrationis via cū ⁊ illi tacuissent que iste dixisset ad hoc miraculū de quinqꝫ panibus occurrūt sibi ⁊ illi tres qui pene pariter ābulant ⁊ iste qui sermonū dn̄i alta cōsectās per alia que illi tacuerūt circūuolauit quodāmodo ⁊ eis ad miraculū de quinqꝫ panibus pariter cōmemorandū non multopost ab eis rursus in altiora reuolaturus occurrit

¶ In miraculo de quinqꝫ panibus quēadmodū iter se q̄ttuor ɔueniāt Ca: xlvi·

est aliquãtũ distinctis interuallis
temporis/ petrũ cõmotũ esse ad psu
mendũ sicut ad negandũ/ vel ei do
minũ aliquid ter similiter respõdis
se/ quãdoquidẽ cõtextim nullis ali
is iterpositis rebus aut verbis/ pꝰ
resurrectionẽ ter illũ iterrogauerit
vtrũ eũ amet/ ⁊ ter hoc idem respõ
denti/ etiã ipsi mandatuz de pascen
dis ouibus suis vnũ idemq̃ ter p
cepit. Hoc aũt esse credibiliꝰ ꝙ ter
ostenderit presumptionẽ suã petrꝰ
⁊ de trina negatione sua ter a do
mino audierit. ex ipis euãgelistarũ
verbis que a dño dicta diuersa ac
diuersa cõmemorant sic probatur/
c. 13° Ecce meminerimus quod nũc inter/
posui ex euãgelio iohannis. hoc cer
te dixerat/ filioli mei adhuc modi
cũ vobiscũ sum/ queretis me ⁊ sicut
dixi iudeis quo ego vado vos nõ
potestis venire ⁊ vobis dico modo
Mandatũ nouũ do vobis vt dili
gatis inuicẽ. In hoc cognoscetis õ
nes quia discipuli mei estis si dilec
tionẽ habueritis adinuicẽ. Dicit ei
symon petrus. Dñe quo vadis? Nẽ
pe hic manifestũ est ex illis verbis
motũ esse petrũ vt diceret. Dñe quo

vadis quia dicentẽ audierat quo
ego vado nõ potestis venire. Res
põdit ihesus eidem petro. Quo ego
vado nõ potes me modo sequi/ seq̃/
ris aũt postea. Quare nõ possum ĩ/
quit sequi te modo? Animã meã p
te ponã. Huic presumptioni respõ
dit dñs futurã eius negationẽ. Lu
cas aũt cũ cõmemorasset dixisse do
minum/ symon sathanas expetiuit
vos vt cribraret sicut triticũ. Ego
aũt rogaui pro te vt non deficiat
fides tua/ ⁊ tu aliquãdo conuersꝰ
cõfirma fratres tuos. Tũc subiecit
petrũ respondisse. Dñe tecũ paratꝰ
sum ⁊ in carcerẽ ⁊ in mortẽ ire. Et
ille dixit. Et ego dico tibi petre nõ
cantabit hodie gallus donec ter ab/
neges nosse me. Q̃ hoc aliud sit/ ali
ud illud vnde petrus ad presumen
dũ permotus sit/ quis nõ videat?
At vero mathēꝰ. Et ymno dicto ĩ/
quit exierũt in montẽ oliueti. Tũc
dixit illis ihesus. Omnes vos scã
dalum patiemini in me ista nocte.
Scriptũ est eniz. Percutiã pastorẽ
⁊ dispergentur oues gregis. Post/
q̃ aũt resurrexero/ precedã vos in
galileã. Sic prorsus ⁊ marcꝰ. Quid
habent etiã hec verba vel sententie
simile illis vel quibus secundũ io
hannẽ vel quibus secundũ lucã pe
trus retulit presumptionẽ suã? Et
hic ergo ita sequitur. Respondens
aũt petrus ait illi. Et si õnes scan
dalisati fuerint in te/ ego nũq̃ scan
dalisabor. Ait illi ihesus. Amẽ dico
tibi/ quia in hac nocte anteq̃ gallꝰ
cãtet ter me negabis. Ait illi petrꝰ
Etiã si oportuerit me mori tecum/
nõ te negabo. Similiter ⁊ õnes dis
cipuli dixerunt. Hec pene ipsis ver
bis etiã marcus cõmemorat/ nisi ꝙ

nō generaliter sed distinctius quē/
admodū futurū esset expressit dic
tum a dño · Amen dico tibi/quia
tu hodie hac nocte priusq̄ bis gal
lus vocē dederit/ter me es negatu
rus· Cū itaq̄ ōnes dicāt predixis
se dn̄z q̄ eū petrus esset negaturus
anteq̄ gallus cātaret/nō aūt ōnes
dicant quotiens gall9 cātaret/mar
cus hoc solus narrauit expressius·
Unde nōnullis videtur nō congru
ere ceteris/quia parū attendunt et
maxime obnubilatur eorū intētio
cū aduersus euangeliū animo idu
untur hostili· Tota eniz petri nega
tio trina negatio est· In eadē nāq̄
permansit trepidatōne animi pro/
positoq̄ mēdacii/donec admonit9
quod ei predictū sit/amaro fletu ⁊
cordis dolore sanaretur· Hec āt to
ta idest trina negatio/si p9 primū
galli cantū inciperet/falsuz dixisse
videretur tres·quorū matheus di
xit·Amen dico tibi quia hac nocte
anteq̄ gallus cātet/ter me negabis.
Lucas aūt·Dico tibi petre/nō can
tabit hodie gallus donec ter abne
ges nosse me· Johannes aūt·Amen
amen dico tibi/nō cantabit hodie
gallus donec me ter neges · Diuer
sis eniz verbis ⁊ verboruz ordine
eandē explicauerūt sententiā dixis
se dñm q̄ anteq̄ gallus cātaret eū
petrus esset negaturus· Rurs9 si to
tā trinā negationē ante petrus egis
set q̄ cantare gallus iciperet/super/
fluo dixisse marcus deprehenderet᷑
ex persona dn̄i· Amen dico tibi qꝛ
tu hodie in hac nocte priusq̄ gall9
bis vocē dederit/ter me negatur9 es.
Quid eniz attinebat dicere priusq̄
bis/quādo si ante primū galli can
tū tota illa trina negatio cōplere

tur/simul ⁊ ante secundū ⁊ ante ter
tiū/⁊ ante ōnes galli cantus eiusdē
noctis/cōpleta inueniretur que āte
ipm primū cōpleta probaret᷑/Sed
quia ante primū galli cantū cep ta
est illa trina negatio/attenderunt
isti tres nō quādo eā cōpletur9 es
set petrus sed quanta futura essz ⁊
quādo ceptura/idest quia trina et
quia ante galli cantū/q̄q̄ in anio
eius ⁊ ante primū galli cantū tota
posset intelligi/quāuis eniz verbis
negātis ante primū cep ta/ante secū/
dū aūt gallicantū peracta sit tota
illa trina negatio/tamen affectiōe
animi ⁊ timore petri āte primū to
ta concep ta est· Nec interest quan
tis morarū interuallis trina voce
enūciata sit/cū cor eius etiam ante
primū galli cantuz tota possederit/
tam magna scilicet formidine imbi
bita vt posset dn̄z non solū semel
sed iterū ⁊ tertio iterrogatus nega
re· Ut rectius diligentiusq̄ atten
dentibus quomō iā mechatus est
mulierē in corde suo qui eā viderit
ad concupiscendū/ sic petrus quā/
docūq̄ verbis ederet timorē quem
taz vehementi animo cōceperat vt
perdurare possz vsq̄ ad tertiā dn̄i
negationē/tota trina negatio eius
tēpori deputanda est quādo eū tri
ne negationi sufficienter timor in/
uasit· Ex quo etiā si post primum
galli cantū inciperent/pulsato iter/
rogatōnibus pectore/verba illa ne/
gationis erūpere/ Nec sic absurde
atq̄ mendaciter an̄ galli cantū ter
negasse diceret/quando an̄ galli cā/
tum tantus timor obsederat mentē
qui eā possz vsq̄ ad tertiā negatio
nem perducere· Multominus igit᷑
mouere debet quia trina negatio

etiā trinis negantis vocibus ante
galli cantū cepta/ ⁊ si non añ pri
mū galli cantū peracta est/ tanq̄ꝫ si
alicui diceretur. Hac nocte anteq̄ꝫ
gallus cantet/ ad me scribes episto
lā in qua mihi ter diciaberis. hoc
non vtiq̄ꝫ si eā ante ōnez galli can
tū scribere inciperet ⁊ post primuz
galli cantū finiret/ ideo dicēdū erat
falsum fuisse predictū. Marcus er
go de ipsarū vocū interuallis pla
nius eloqutus est qui dixit ex per/
sona dñi priusq̄ꝫ bis gallus vocez
dederit ter me es negaturus. Ita ge
stū esse apparebit cū ad eundē locū
narrationis euāgeliste venerimus/
vt etiā illic ostendat' euangelistas
sibi cōuenire. Si aūt querāt' ipsa
ōnino v̄ba que petro dñs dixerit/
neq̄ꝫ inueniri possunt ⁊ superfluo q̄/
runt'/ cū sentētia eius propter quā
cognoscendā verba proferunt' etiā
in diuersis euāgelistarū verbis pos
sit esse notissima. Siue ergo diuer
sis sermonū dñi locis cōmotus pe
trus/ singillatī ter enūciauerit pre
sumptionē suā/ ⁊ ter ei dñs suā ne
gationē predixerit sicut probabili
us iudicat'/ siue aliquo narrandi
ordine possint ōniuz euangelistaꝝ
cōmemorationes ī vnū redigi qui/
bus demonstret' semel dñm predi
xisse petro presumenti q̄ eū negatu
rus esset/ nulla hic euangelistarum
repugnantia deprehendi poterit si/
cut nulla est.

¶ De his que dicta sunt a dño do
nec exiret domū vbi cenauerat/ quē/
admodū nō discrepent ¶ Ca. iiii.

Hic ergo quantū possumus ip
sum ex ōnibus ordinē iā seq̄
mur. Cū itaq̄ꝫ secundū iohannē hoc
petro predictū esset/ sequit' idem io
hānes ⁊ conserit sermonē dñi dicē
tis. Non turbet' cor vestruz/ credi
tis in deū ⁊ in me credite. In domo
patris mei mā siones multe sunt/ et
cetera sermonis eius preclara/ ma
ximeq̄ꝫ sublimia diu narrat/ donec
contextim veniat ad locuz illū vbi
ait dñs. Pater iuste/ mūdus te nō
cognouit ego aūt te cognoui. Et hi
cognouerūt quia tu me misisti. Et
notū eis feci nomen tuū ⁊ notū fa
ciā/ vt dilectio qua dilexisti me in
ipsis sit ⁊ ego in ipis. Cū āt facta
esset contētio inter eos quis eoruz
videret' esse maior sicut lucas cōme
morat/ dixit eis Reges gentiū domi
nant' eorū ⁊ qui potestatē habent
super eos benefici vocant'. Vos āt
non sic/ sed qui maior est in vobis
fiat sicut iunior. Nā quis maior ē
qui recumbit aut qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem
in medio vestrū sum sicut qui mini
strat. Vos aūt estis qui permansi
stis mecū in temptationibus meis
⁊ ego dispono vobis sicut dispo
suit mihi pater meus regnū vt eda
tis ⁊ bibatis super mensam meā in
regno meo ⁊ sedeatis super thro
nos iudicantes. xii. tribus israhel.
Ait aūt dñs symoni/ sicut lucas ip
se subiūgit Ecce sathanas expetiuit
vos/ vt cribraret sicut triticū Ego
autē rogaui pro te vt non deficiat
fides tua. Et tu aliquādo conuersꝰ
cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei
Dñe tecum paratꝰ sum ⁊ in carcerē
⁊ i mortem ire. Et ille dixit. Dico
tibi petre nō cantabit hodie gallꝰ
donec ter abneges nosse me. Et di
xit eis. Quādo misi vos sine sacco
⁊ pera ⁊ calciamētis/ nūquid aliq̄d
defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil.

Dixit ergo eis. Sꝫ nunc qui habet ſacculum tollat/ſimiliter ⁊ peraꝫ/⁊ qui nõ habet vendat tunicã ſuã/et emat gladiũ. Dico eniꝫ vobis/quoniã adhuc hoc quod ſcriptũ ẽ oportet impleri in me/⁊ ꝙ cũ iniuſtis deputatus eſt. Etenim ea que ſunt ꝺ me/finẽ habent. At illi dixerũt. Domine ecce gladii duo hic. At ille dixit eis: Satis eſt: Et ymno dicto ſicut mathe9 marcuſq; cõmemorãt/exierunt in montẽ oliueti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes vos ſcãdalũ patiemi in me i iſta nocte. Scriptũ eſt enim Percutiã paſtorẽ/⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtq̃ aũt reſurrexero/precedã vos in galileã. Reſpondens aũt petrus ait illi. Et ſi õnes ſcãdaliſati fuerint in te/ego nunq̃ ſcandaliſabor. Ait illi ihes9/ Amen dico tibi / quia in hac nocte anteq̃ gallus cãtet ter me negabis/ Ait illi petrus. Etiã ſi oportuerit me mori tecũ/nõ te negabo. Similiter ⁊ õnes diſcipuli dixerũt. Hec ſecũdũ matheũ inſeruimus/ſed ⁊ marci pene ipſa ⁊ totidẽ verba ſunt/niſi quia diſtat illud quod ꝺ galli cãtu iam ſupra enodauimus

¶ De his que geſta ſunt in predio quo poſt cenã venerũt qñ mathei marci ⁊ luce cõſonantia demõſtret. ¶ Ca. iiii.

Contexit ergo matheus narratõne. Et dicit. Tunc venit ihesus cũ illis in villã que dicitur getſemani. Hoc dicit ⁊ marcus ¶ Hoc ⁊ lucas nõ expreſſe nominato predio cũ ait. Et egreſſus ibat ſecunduꝫ conſuetudinẽ in montẽ oliuarũ/ſecuti ſunt aũt illũ ⁊ diſcipuli. Et cũ perueniſſet ad locũ. dixit illis. Orate ne intretis in temptationẽ. Iſte locus eſt cuius nomẽ illi dixerũt gethſemani. Ibi intelligimus fuiſſe ortũ. quẽ cõmẽorat iohannes ita narrans. Et cum hoc dixiſſet ihesus egreſſus eſt cum diſcipulis trans torrenteꝫ cedron vbi erat ortus/in quẽ introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Deinde ſecundũ matheũ dixit eis. Sedete hic donec vadã illuc ⁊ orem Et aſſumpto petro ⁊ duobus filiis zebedei / cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic ⁊ vigilate mecum. Et progreſſus puſilluꝫ/procidit in faciẽ ſuã orans ⁊ dicẽs. Mi pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Verumptamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ⁊ inuenit eos dormientes. Et dixit petro. Sic. Non potuiſti vna hora vigilare mecũ? Vigilate ⁊ orate/vt nõ intretis i tẽptationẽ. Spirit9 quidẽ promptus eſt/caro aũt infirma. Iterũ ſecundo abiit ⁊ orauit dicens. Pater mi ſi nõ poteſt hic calix tranſire niſi bibam illũ/fiat voluntas tua. Et venit iterũ/⁊ inuenit eos dormientes Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis iterũ abiit ⁊ orauit tertio eũdẽ ſermonẽ dicẽs. Tunc vẽit ad diſcipulos ſuos ⁊ dicit illis Dormite iã/⁊ quieſcite. Ecce apropinq̃uit hora/⁊ filius hominis tradetur in manibus peccatorũ: Surgite eamus. Ecce apropinquauit qui me tradet Hec etiaꝫ marcus eo quoq; prorſus modo atq; ordine cõſerit/ aliquanto breuius quaſdã cõſtringens ſententias ⁊ aliquid magis aperiens. Nam videt hic ſermo ſecundũ matheum tanq̃ ſibiipſi contrarius/ꝙ poſt tertiam orationem

venit ad discipulos suos ⁊ ait illis
Dormite iã ⁊ requiescite/ ecce apro
pinquauit hora ⁊ filius hominis
tradetur in manibus peccatorum.
Surgite eamꝰ/ecce apropinquauit
qui me tradet. Cũo enim supra di
cit dormite ⁊ requiescite cũ subnec
tat ecce apropinq̃uit hora ac ideo
dicat surgite eamus? Qua velut re
pugnantia cõmoti qui legũt/ conã
tur ita pronũciare quod dictum ẽ/
dormite iam ⁊ requiescite/ tanq̃ ab
exprobante nõ a permittente sit di
ctũ/quod recte fieret si esset necesse.
Cũ vero marcus ita hoc cõmẽora
uerit vt cũ dixisset dormite iã ⁊ re
quiescite adiungeret sufficit/⁊ dein
de inferret. Venit hora ecce tradetᷣ
filius hominis/ vtiq̃ intelligitᷣ pꝰ
illud quod eis dictũ est/dormite ⁊
requiescite/siluisse dñm aliquantũ
vt hoc fieret quod ꝓmiserat/⁊ tũc
intulisse Ecce aprpinquauit hora.
Ideo pꝰ illa verba secundũ marcũ
positum ẽ sufficit/ idest ꝙ requieui
stis sufficit iam. Sꝫ quia cõmemo
rata non ẽ ipsa interpositio silẽcii
dñi/ ꝓpterea coartat itellcm̃ vt etiã
i illis verbis alia ꝓnũciatio requi
ratur. Lucas aũt pretermisit quo
tiens orauerit/dixit sane quod isti
tacuerunt/⁊ orantẽ ab angelo con
fortatũ ⁊ prolixius orantis sudo
rem fuisse sãguineũ ⁊ guttas decur
rentes in terrã. Cũ ergo dicit ⁊ cũꝫ
surrexisset ab oratõe ⁊ venisset ad
discipulos suos/non expressit quo
ta oratione. Nihil tamen hoc illis
duobus repugnat. Johannes vero
posteaq̃ in ortũ ingressum dicit cũ
discipulis suis/non ɔmẽorat quid
illic egerit donec eius traditor cũ
iudeis ad eũ cõprehendendũ vene
rit/ Tres igitur isti eandem reꝫ ita
narrauerunt sicut etiã vnus homo
ter posset cuꝫ aliquanta varietate
nulla tamẽ aduersitate. Lucas enĩ
quantũ ab eis progressꝰ idest auul
sus fuerit vt oraret manifestiꝰ ap
peruit dicens quantũ iactus est la
pidis. Porro aũt marcus primo
ex verbis suis ideꝫ narrauit rogas
se dñm/ vt si fieri posset trãsiret ab
eo illa hora idest passionis quã ca
licis nomine mox significauit. Dei
de verba ipsa dñi sic enũciauit. Ab
ba pater õnia tibi possibilia sunt/
transfer calicẽ hunc a me. Quibus
verbis si adiungas quod illi duo
dixerunt ⁊ quod ipse etiã marcus
ex persona sua pariter suprapositu
it/ita sententia manifestatᷣ. Pater
si fieri p̃t. Oia eniꝫ possibilia sunt/
transfer calicẽ istuꝫ a me/ Ne quis
eñ putaret patris minuisse potesta
teꝫ cũ ait si fieri p̃t/ Nec eniꝫ dixit
si facere potes sꝫ si fieri p̃t/fieri ãt
p̃t quod ille voluerit. Sic itaq̃ dic
tum ẽ si fieri p̃t/ac si diceretᷣ si vis
Manifestauit enim marcus quo ĩ/
tellectu accipiendum ẽ/ si fieri p̃t /
quãdo ait õnia tibi possibilia sũt.
Et quod cõmemorauerunt eñ dixis
se/non quod ego volo sed quod tu/
ꝙ tantũ valet quantũ si ⁊ ita dica
tur/ verũptamen nõ mea voluntas
sed tua fiat/satis ostendit nõ ex im
possibilitate sed ex voluntate pr̃is
dictum esse/si fieri p̃t . Presertim
quia lucas ⁊ hoc ip̃m ĩtimauit pla
nius/non enim ait si fieri p̃t/sed si
vis/cui apertiori sententie apertiꝰ
iungitur quod marcꝰ posuit vt ita
dicatur/si vis (õnia eniꝫ tibi possi
bilia sunt) trãsfer calicẽ istũ a me.
Quod aũt ipse marcus non solum

pater sed abba pater eũ dixisse cõ memorat / hoc ẽ abba hebraice q̄ ẽ latine pater. Et fortasse dñs ꝓpter aliquod sacramentũ vtrũq; dixerit / volens ostendere illã se tristitiam in persona sui corporis idest ecclesie suscepisse / cui factus ẽ ãgularis lapis venienti ad eũ / partim ex hebreis ad quos pertinet quod ait abba / partim ex gentibus ad q̄s pertinet qd ait pater. Etiã paulus apostolus nõ pretermittens hoc sacramentum / in quo clamam⁹ iquit abba pater / Et iterũ ait / Misit de⁹ spiritũ suũ in corda vestra clamãtem abba pater. Oportuit enim vt bonus magister ꝛ verus saluator infirmioribus cõpatiens / in seipso demonstraret nõ debere suos martires desperare si qua forte cordibus eorũ irreperet sub tẽpus passionis ex hũana fragilitate tristitia / cũ eam vincerent volũtati sue preponẽdo voluntatẽ dei / quia ille scit quid expediat quibus cõsulit. De qua tota re nõ nunc tempus ẽ vt vberius distrahatur. Agitur enim modo de cõuenientia euãgelistarũ / in quorũ diuersitate verborũ salubriter discimus / nõ aliud in verbis ad audiendã veritatẽ q̄ sententiaꝫ loquentis esse requirendã. Hoc est enim pater q̄ abba pater / sed ad sacramentũ intimãdum planius ẽ abba pater / ad vnitatẽ significandaꝫ sufficit pater. Et dñm quideꝫ abba pater dixisse credendũ est / sed tamẽ non eluceret sententia / nisi aliis dicentibus pater / demonstraretur sic esse illas duas ecclesias ex iudeis ꝛ grecis vt etiã vna sit. Ex illo ergo intellectu dictũ ẽ abba pater quo idem dñs alibi ait. Habeo alias oues que nõ sunt de hoc ouili / gentes vtiq; significans / cum haberet oues etiã in populo israhel. Sꝫ q² secutus adiecit / oportet me ꝛ eas adducere vt sit vnus grex ꝛ vn⁹ pastor / quãtum valet ad israhelitas ꝛ gentes abba pater / tãtum ad vnuꝫ gregem solum pater

De his que in eius cõprehensione dicta ꝛ facta sunt quomodo nõ discrepent. Ca. v.

Adhuc ergo ipso loquẽte (sicut dicit matheus ꝛ marc⁹) ecce iudas vn⁹ de. xii. venit ꝛ cũ eo turba multa cũ gladiis ꝛ fustib⁹ missi a principibus sacerdotũ ꝛ seniorib⁹ populi. Qui aũt tradidit eũ dedit eis signum dicens / quẽcunq; osculatus fuero ipe ẽ tenete eum. Et cõfestim accedens ad ihesum dixit: Aue rabbi / ꝛ osculatus ẽ eũ. Dixit q; ei prio quod ait lucas. Iuda osculo filiũ hominis tradis? Deinde quod matheus. Amice ad quid venisti? Deinde dixit quod iohannes cõmemorat. Quẽ queritis? Responderunt ihesum nazareum. Dicit ei ihesus. Ego sum. Stabat aũt ꝛ iudas qui tradebat eũ cum ipis. Vt ergo dixit eis ego sum / abierunt retrorsum ꝛ ceciderũt in terrã. Iterũ ergo eos interrogauit. Quẽ queritis? Illi aũt dixerũt. Ihesum nazareum. Respondit ihesus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queritis / sinite hos abire. Vt impleret' sermo quẽ dixit quia quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quẽq;. Videntes aũt sicut lucas dicit hi qui circa ipm erant quod futurũ erat dixerunt ei. Dñe si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex ipis (quod õnes quattuor dicũt) seruum

principis sacerdotū/ ⁊ amputauit auriculā eius sicut lucas ⁊ iohānes dicunt dexteraȝ. Qui aūt percussit secundū iohannē erat petrus/ queȝ percussit aūt malcus vocabat᷑. Dei de quod lucas dicit Respondēs ihesus ait Sinite vsq₃ huc. Et adiunxit quod matheus cōmemorat. Conuertere gladium tuū in locū suum. Omnes eniȝ qui acceperint gladiū gladio peribūt. An putas quia nō possum rogare patrē meum ⁊ exhibebit mihi modo plus q̄₃ xii. legiones angelorū? Quō ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri. His verbis adiungi pt quod eo loco iohannes illū dixisse cōmemorat. Calicem quē dedit mihi pater non vis vt bibam illū? Tunc sicut dicit lucas tetigit auriculā ei⁹ qui percussus erat/ ⁊ sanauit eum. Nec moueat quasi contrariū sit quod lucas dixit/ interrogantibus discipulis si percuterent in gladio/ dominū respondisse/ sinite vsq₃ huc/ q̄si p⁹ illā percussionem ita dictū fuerit vt placuerit ei vsq₃ huc factū sed amplius fieri noluerit. Cum in verbis que matheus posuit intelligatur/ post totū factū quo vsus est gladio petrus dn̄o displicuisse. Illud eniȝ verius ē/ q₃ cum eū interrogassent dicentes/ dn̄e Si percutim⁹ i gladio/ tūc respōdit Sinite vsq₃ huc/ idest nō vos moueat quod futurum ē/ permittendi sunt vsq₃ huc progredi idest vt me apprehendāt ⁊ impleant᷑ que de me scripta sunt/ Sed inter moras verborū iterrogātium dn̄m ⁊ illius respondētis/ petrus defensionis auiditate ⁊ maiori pro dn̄o cōmotione percussit/ sȝ nō potuerunt etiā simul dici que simul fieri potuerunt. Nō enim diceret/ respondēs aūt ihesus/ nisi illorum interrogationi rn̄deret/ non facto petri. Nam de facto petri quid iudicauerit/ mathe⁹ sol⁹ dicit Vbi etiā non dixit matheus Respōdit ihesus petro/ conuerte gladiū tuuȝ/ sed dixit tunc ait illi ihesus/ cōuerte gladium tuū/ quod p⁹ factū apparet dixisse dn̄ȝ. Illud vero quod lucas posuit ¶ Rn̄dens autē ihesus ait. Sinite vsq₃ huc/ illis qui interrogauerant rn̄sum esse accipiendū ē. Sed quia (vt diximus) inter verba interrogantium ⁊ rn̄dentis dn̄i/ facta ē vno ictu percussio/ hoc ordine iudicauit esse narrandum/ vt etiā inter verba interrogationis ⁊ rn̄sionis eam insereret/ Non ē ergo contrariū hoc ei quod dixit matheus. Omnes eniȝ qui acceperint gladium gladio peribūt/ idest qui vsi fuerint gladio/ Videri autē posset contrariū si dn̄s ex illa rn̄sione saltem vsq₃ ad vnum nec ip̄m letale vulnus/ vsum tamen gladii spōtaneum approbasse demonstraretur/ q̄₃q₃ etiam petro dictum totū congruenter intelligi posset/ vt sic cōnectatur et quod lucas ⁊ quod matheus retulit quēadmodum supra cōmemoraui. Sinite vsq₃ huc. Et cōuerte gladiū in locū suū. Omnes enim qui gla. ac. gla. peribunt ⁊c. Quō aūt sit intelligendum. Sinite vsq₃ huc Iaȝ exposui/ ⁊ si aliter melius pt/ ita sit/ vt dn̄i tamen euāgelistarum veritas constet. Postea sequit᷑ mathe⁹ ⁊ cōmemorat eum in illa hora dixisse turbis. Tanq̄₃ ad latronem existis cum gladiis ⁊ fustibus cōprehendere me. ¶ Cottidie apud vos sedebam docens in

templo ⁊ non me tenuistis. Tūc ad
dixit etiā verba que lucas ponit
Sed hec ē hora vestra ⁊ potestas
tenebrarū. Hoc aūt totum factū ē
(sicut matheus dicit) vt implerent
scripture prophetarū: Tunc disci
puli ōnes relicto eo fugerunt sicut
⁊ marcus dicit. Sequebatur autem
illū vnus adolescens amictus syn
done sicut idem marcus cōmeorat/
et cū tenuissent eū relicta syndone
nudus profugit ab eis

¶ De his que gesta sunt cū ducere
tur dn̄s ad domū principis sacer
dotū. Et de negatione petri queād
modū oēs conueniant. ¶ Ca. vi

AT illi tenentes ihesū duxerūt
ad cayphasm principem sacer
dotum vbi scribe ⁊ seniores cōue
nerant sicut matheus dicit, sed pri
mo ad ānam ductus ē socerū cay
phe sicut iohannes dicit. Marcus
aūt ⁊ lucas nomen nō dicunt pon
tificis. Ductus ē aūt ligatus cū ad
essent in illa turba tribunus ⁊ cho
ors ⁊ ministri iudeorū sicut iohan
nes cōmemorat. Petrus aūt seque
batur eū alonge vsq; in atriū prīci
pis sacerdotū/ ⁊ igressꝰ itro sedebat
cū ministris vt videret finē sicut
dicit matheus. Et calefaciebat se
ad ignem sicut in eo loco narratio
nis dicit marcus/ hoc ⁊ lucas ōme
morat quod petrus sequebatᷣ alō
ge Accenso aūt igne in medio atrio
⁊ circūsedentibus illis/ erat petrus
in medio eorū. Et iohannes dicit
ꝙ sequebatur symon petrus ⁊ aliꝰ
discipulꝰ. Discipulus aūt ille erat
notus pontifici/ ⁊ introiuit cū ihe
su in atriū pontificis sicut iohan
nes dicit. Petrꝰ aūt stabat ad osti
um foris secundū eūdem iohannē.

Exiit ergo discipulus aliꝰ qui erat
notus pontifici ⁊ dicit ostiarie/ et
introduxit petrū sicut idē iohānes
dicit. Sic enim factum ē vt intus
esset ⁊ petrꝰ in atrio sicut ⁊ alii di
cunt. Principes aūt sacerdotū ⁊ ō
ne consiliū sicut matheus dicit/ que
rebant falsum testimoniū cōtra ihe
sum. vt eū morti traderent. Et nō
inuenerunt cū multi falsi testes ac
cessissent/ cōuenientia aūt testimōia
nō erant sicut marcus dicit cū eun
dem locū cōmemoraret. Nouissime
aūt venerunt duo falsi testes sicut
dicit matheus/ ⁊ dixerunt. Hic di
xit/ possum destruere templū dei et
post triduū reedificare illud Aliud
etiam marcus cōmemorat dixisse.
Nos audiuimꝰ eū dicentem. Ego
dissoluam templū hoc manufactū
⁊ per triduū aliud non manufactū
edificabo. Et non erat conueniēs
testimoniū illorū sicut idem marcꝰ
ibidem dicit. Et surgens princeps
sacerdotum ait illi. Nihil rn̄des ad
ea que isti aduersū te testificantᷣ?
Ihesus aūt tacebat Et princeps sa
cerdotum ait illi. Adiuro te per de
um viuum vt dicas nobis si tu es
xp̄s filius dei. Dicit illi ihesus. Tu
dixisti. Hec matheus. Marcꝰ āt
eadem aliis verbis dicit. Nisi ꝙ
tacet ꝙ eū adiurauerit prīceps sa
cerdotū. Sed tantū valere ostendit
quod ei dicit ihesus tu dixisti quā
tum si diceret ego sum. Sequitᷣ enī
vt ait idem marcus. Ihesus aūt di
xit illi. Ego sum. Et videbitis fili
um hominis a dexteris sedentē vir
tutis/ ⁊ venientem cū nubibꝰ celi.
Hoc dicit etiam matheus. Sed nō
dicit respondisse ihesum. Ego sum.
Tunc princeps sacerdotum scidit

vestimenta sua dicens Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? quod mathe⁹ cōmemorat Et sequitur. Ecce nūc audistis blasphemiā/ quid vobis videtur? At illi rñdentes dixerunt. Reus ē mortis. Hoc etiā testatur ⁊ marcus. Et sequit̃ matheus. Tūc expuerunt in faciem eius/ ⁊ colaphis eū ceciderunt. Alii aūt palmas in faciem ei⁹ dederunt dicentes. Prophetisa nobis christe quis ē qui te percussit. Hoc autē ⁊ marcus cōmemorat ⁊ ꝙ ei faciem velauerunt. De his quoqꝫ lucas attestatur. Hec intelligitur passus domin⁹ vsqꝫ ad mane in domo principis sacerdotū quo prius adductus est/ vbi etiam petr⁹ temptatus ē. Sed de petri temptatione q̄ inter has dñi contumelias facta ē/ nō eodem ordine ōnes narrāt. Nam ipsas primo cōmemorat matheus et marcus/ deinde petri temptationē/ Lucas vero explicat prius tēptationē petri/ tum demū has dñi cōtumelias. Johannes aūt incipit petri temptationē dicere/ ⁊ interpōit quedā de cōtumeliis dñi/ ⁊ adiūgit ꝙ inde missus ē ad cayphā pōtificem / ⁊ inde recapitulat vt explicet quā ceperat temptationē petri in domo quo primo adduct⁹ ē/ ⁊ redit ad ordinem vbi ostēdit quēadmodum duct⁹ sit dñs ad caypham/ Hic ergo matheus sequit̃. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eū vna ancilla dicens. Et tu cū ihesu galileo eras. At ille negauit coram omnib⁹ dicēs. Nescio quid dicis. Exeūte aūt illo ianuam vidit illū alia ācilla ⁊ ait his qui erant ibi. Et hic erat cū ihesu nazareo. Et iterū negauit cū iuramento quia non noui hominē. Et p⁹ pusillū accesserūt qui stabant et dixerunt petro Vere ⁊ tu ex illis es Nā ⁊ loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare quia non nouisset hominē. Et continuo gall⁹ cantauit. Hoc dicit matheus/ Intelligit̃ aūt ꝙ postea ꝙ exiit foras cū iam semel negasset/ gallus cantauit pri⁹/ quod matheus tacet ⁊ marc⁹ dicit. non aūt foris āte ianuam iterū negauit/ sed cū redisset ad focū/ quando aūt redierit/ p⁹erit cōmemorare. Marc⁹ ergo sic illud narrat. Et exiit foras ante atriū/ ⁊ gall⁹ cātauit. Rursus aūt cū vidisset illū ancilla/ cepit dicere circūstātibus quia hic ex illis ē. At iterū ille negauit. Hec vero nō eadem ancilla sed alia/ sicut dicit matheus. Sane hoc quoqꝫ intelligit̃ quia in secunda negatione a duobus cōpellatus ē/ ⁊ ab ancilla scilicet quod cōmemorāt matheus ⁊ marcus/ ⁊ ab alio quē cōmemorat lucas. Petr⁹ vero sequebat̃ eū a longe. Accenso aūt igne in medio atrio ⁊ circūsedentibus illis erat petr⁹ in medio eorū. Quem cū vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen ⁊ eū fuisset intuita dixit. Et hic cū illo erat At ille negauit eū dicēs Mulier nō noui illū. Et post pusillum ali⁹ vidēs illum dixit. Et tu de illis es. Hoc ergo quod lucas ait. et post pusillum/ iam egressus erat petrus ianuam ⁊ prius gallus cantauerat. Iā ꝙ redierat vt (quēadmodū iohannes dicit) ad focum stans iterū negaret. Johannes aūt ī prima negatione petri non solū de primo galli cātu tacet sicut ceteri excepto marco/ sed etiam ꝙ sedentem ad ignem

cognouerit ancilla non comemorat/ Hoc enim tantū ait. Dicit ergo petro ancilla ostiaria: Nūquid ꝛ tu de discipulis es hominis istius? Dicit ille non sum. Deinde interposuit que gesta sunt cū ihesu in eadem domo que cōmemoranda arbitratus ē ita narrās. Stabant ergo serui ꝛ ministri ad prunas quia frig9 erat ꝛ calefaciebant se. Erat autē cū eis petrus stans ꝛ calefaciēs se. Hic iam intelligit exisse foras petrum ꝛ redisse/ primo enim sedebat ad ignem/ postea iam rediens stare ceperat. Sed forte ait aliquis/ non/ duz exierat/ surrexerat aūt exitur9/ Hoc pt dicere qui putat foris āte ianuam secūdo interrogatū negasse. Videamus ergo iohannis sequētia/ Pōtifex ergo inquit interrogauit ihesū de discipulis suis ꝛ de doctrina eius. Rñdit ei ihesus. Ego palam loqut9 sum mūdo Ego semper docui in synagoga ꝛ in tēplo quo ōnes iudei cōuenerunt ꝛ in occulto loqut9 sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loqut9 sum ipis Ecce hi sciūt que dixerim ego. Hec aūt cū dixisset/ vnus assistens ministrorum dedit alapham ihesu dicens. Sic rñdes pontifici? Rñdit ei ihesus. Si male loqutus sum testimoniuz perhibe de malo/ si autē bene/ quid me cedis? Et misit eū annas ligatū ad cayphbam pontificez. Hic sane ostēditur ꝙ annas pontifex erat. Nōdum enim missus erat ad cayphaz cū iam illi diceret/ sic rñdes pontifici? Et hos duos annam ꝛ cayphā pontifices cōmemorat etiam lucas in initio euāgelii sui. His dictis iohannes redit ad quod ceperat ḋ negatione petri/ idest ad eādem domū vbi gesta sunt que narrauit ꝛ vnde ad cayphbam missus ē ihesus ad queꝫ ab initio ducebat sicut dixit mathe9. Cōmemorauit aūt ista iohannes que iterposuit/ recapitulās de petro ꝛ ad eā narrationem rediens ita dicit/ vt cōpleat trinā negationē. Erat aūt symon petrus stās ꝛ calefaciens se. Dixerūt ergo. Nūquid ꝛ tu ex discipulis eius es? Negauit ille ꝛ dixit/ non sum. Hoc ergo loco inuenim9 ꝛ non ante ianuam sed ad focū stantem secundo negasse petrū/ quod fieri nō posset nisi iam redisset posteaꝙ̄ foras exierat. Neqꝫ enī iā exierat ꝛ foras quādo vidit eū altera ancilla/ sed cum exiret eū vidit/ idest cū surgeret vt exiret animaduertit eū ꝛ dixit his qui erant ibi idest qui simul erant ad ignem int9 ꝛ i atrio. Et hic erat cū ihesu nazareo. Ille āt qui foras exierat! Hoc audito rediens iurauit illis cōtranitentibus quia nō nouit hominē. Nā ꝛ marcus sic ait de eadem ācilla. Et cepit dicere circumstātibus quia hic ex illis ē. Dicebat enim non illi/ sed his qui illo exeunte ibi remāserāt/ sic tamen vt ille audiret/ vnde rediens ꝛ rurs9 ad ignem stās/ resistebat negādo ḃbis eorum. Deinde in eo quod iohānes ait. Dixerunt nunquid ꝛ tu ex discipulis eius es? quod redeunti ꝛ stāti dictum intelligimus/ hoc quoqꝫ confirmatur/ non illā tātuꝫ alterā ācillā quaꝫ commemorāt in hac secunda negatione matheus ꝛ marcus/ sed ꝛ alium quem cōmemorat lucas/ cuꝫ petro id egisse vnde iohānes dicit Dixerunt ergo ei. Quapropter/ siue posteaꝙ̄ illo exeunte

ā circumstantib9

dixit ãcilla his qui secum erant in atrio quia hic ex illis ē/hoc audito ille regressus ē ut se quasi purgarꝫ negando/ siue(q̄ ē credibilius)non audiuit quod de illo dictum fuerit cũ foras exiret/ꝛ posteaq̄ꝫ rediit ei dixerunt ãcilla ꝛ ille alius quē lucas cõmẽorat. Nũquid ꝛ tu ex discipulis eius es?ꝛ dixit / non sum. Pertinatius insistente illo de quo lucas ait atq̄ꝫ dicente ꝛ tu de illis es cui petrus ait o homo non sum) liquido tamen colligitᷣ collatis de hac re omnibus euãgelistarũ testio/nũs/non ãte ianuã secundo petruꝫ negasse sed intus in atrio ad igneꝫ/ Matheum aũt ꝛ marcũ qui cõmẽorauerãt exisse eum foras/regressũꝫ breuitatis causa tacuisse. Nunc iã de tertia negatione inspiciamus eorum congruentiã/quã matheũ solũ iã explicasse meminerimus. Sequitur ergo marcus ꝛ dicit. Et p9 pusillũ qui stabant dicebant petro.vere tu ex illis es/naꝫ ꝛ galile9 es. Ille aũt cepit anathe mathisare ꝛ iurare quia nescio hominem istũ quem dicitis. Et statim iterũ gallus cantauit. Lucas aũt ista secut9 hoc idem narrat. Et interuallo facto quasi hore vnius/ali9 quidã affirmabat dicens. Uere ꝛ hic cũ illo erat/ nã ꝛ galile9 ē/Et ait petr9/homo nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit gall9. Johãnes sequtus de tertia petri negatione ita explicat. Dicit vnus ex seruis pontificis cognatus eius cui9 abscidit petrus auriculã. Nonne ego vidi te in orto cũ illo? Jterum ergo negauit petr9/ ꝛ statim gall9 cantauit. Quod ergo mathe9 ꝛ marcus dicũt/post pusillũ/quantũ esseꝫ hoc temporis manifestat lucas dicẽdo ꝛ interuallo facto quasi hore vnius. De hoc tamen interuallo tacet iohannes. Item quod mathe9 ꝛ marcus non singulari sed plurali enũciant eos qui cũ petro agebant/ cũ lucas vnũ dicat/iohãnes quoq̄ꝫ vnũ/eũq̄ꝫ cognatuꝫ eius cui9 abscidit petrus auriculaꝫ/facile ē intelligere aut pluralem numerũ pro singulari vsitata loqutione matheũ ꝛ posuisse marcũ/aut q̄ vn9 maxime tãq̄ꝫ sciens ꝛ qui eũ viderat affirmabat. Ceteri aũt sequti ei9 fidem/petrũ simul vrgebant. Unde duos euãgelistas compendio pluralem numerũ posuisse/alios aũt eũ solum signare voluisse qui precipu9 in hoc erat. Jam vero illud quod matheus ipi petro dictũ fuisse asserit/vere ꝛ tu ex illis es ꝛ loquela tua manifestũ te facit/sicut iohãnes eidem petro dictuꝫ asseuerat. Nonne ego vidi te in orto cũ illo? Marcus aũt inter se illos de petro loqutos dicit/ vere ex illis ē/nam ꝛ galile9 ē/sicut ꝛ lucas non petro sꝫ de petro dicit Alius quidã affirmabat dicẽs/ vere ꝛ hic cũ illo erat nã ꝛ galileus ē/ Aut hanc sententiã intelligimus tenuisse eos qui compellatũ dicũt petrum/tantũdem eniꝫ valuit q̄ de illo corã illo dicebatᷣ quãtum si illi diceretur/aut vtroq̄ꝫ modo dictũ / ꝛ alios illũ/alios aliũ modũ cõmemorasse. Galli aũt cantuꝫ post tertiã negationeꝫ secundũ intelligim9 sicut marcus expressit. Sequitᷣ ergo matheus ita dicens. Et recordatus est petrus verbi ihesu quod dixerat. Priusq̄ꝫ gallus cantet/ter me negabis ꝛ egress9 foras fleuit amare. Marcus ãt ita dicit. Recordat9

est petrus verbi quod dixerat ei ihesus. Prius quam cãtet gallus ter me negabis et cepit flere. Lucas aũt sic ait. Et conuersus dñs respexit petrũ. Et recordatus ẽ petrus verbi domini/sicut dixit quia priusquam gallus cantet ter me negabis/et egressus foras petrus fleuit amare. Johãnes de recordatione et fletu tacet petri. Sane in eo quod ait lucas quod cõuersus dñs respexit petrũ/quõ accipiendũ sit diligentius considerandũ ẽ. Quãuis enim dicãtur etiã interiora atria/tamẽ in exteriori atrio fuit petrus inter seruos qui simul se ad ignem calefaciebãt. Non ẽ autẽ credibile quod ibi audiebatur dñs a iudeis/vt corporalis fieret illa respectio/Nãque cũ dixisset matheus tũc expuebant in faciẽ eius et colaphis eũ ceciderunt. Alii aũt palmas i faciem eius dederũt/prophetisa nobis xpe quis ẽ qui te percussit/sequitur ẽ dicens. Petrus vero sedebat foris in atrio/quod non diceret nisi illa cũ dño intus agerentur. Et quãtũ colligitur in narratione marci/nõ solũ in interioribus sed etiã in superioribus domus agebantur. Nã posteaquam marcus narrauit sequitur ait Et cũ esset petrus in atrio deorsum. Sicut ergo eo quod matheus ait/petrus vero sedebat foris in atrio/ostẽdit quod illa intus agerentur/sic eo quod ait marcus et cũ esset petrus i atrio deorsum/ostendit non solũ in interioribus sed etiam in superioribus gesta que dixerat. Quõ ergo respexit petrũ dñs facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinitus facta/vt ei veniret i mentem quotiens iã negasset et quid dominus ei predixisset/atque ita misericorditer dño respiciente/peniteret eum et salubriter fleret/sicut quotidie dicimus. Dñe respice me/et respexit eũ dñs/qui de aliquo periculo vel labore/diuina misericordia liberatus ẽ. Et sicut dictũ est/respice et exaudi me/et conuertere dñe libera ãimam meã. Ita dictũ arbitror. Cõuersus dñs respexit petrũ Et recordatus ẽ petrus verbi dñi. Denique cũ frequentius soleant in narrationibus suis ponere ihesum quam dñm/modo lucas posuit dñm dicẽs: Cõuersus dñs respexit petrũ et recordatus ẽ petrus verbi dñi. Matheus aũt et marcus quia de ista respectione tacuerũt/nõ verbi dñi sed verbi ihesu eũ recordatum esse dixerũt/vt etiam ex hoc intelligamus illam respectionem a ihesu non hũanis oculis sed diuinitus factam

De his que mane facta sunt priusquam pylato traderetur quõ euangeliste non discrepent — Ca. vii.

Sequitur ergo matheus et dicit. Mane aũt facto consiliũ inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus ihesum vt eũ morti traderent. Et vinctum adduxerũt eũ et tradiderũt eũ pontio pylato presidi. Marcus similiter. Et confestim mane inquit cõsiliũ facientes summi sacerdotes cũ senioribus et scribis et vniuerso cõsilio/dicẽtes ihesum duxerũt et tradiderũt pylato. Lucas aũt postea quam compleuit narrando petri negationem/recapitulauit que cum dño gesta sunt iã vt apparet circa mãe/atque ita contexuit narrationem Et viri qui tenebant illũ illudebant ei cedentes. Et velauerunt eũ/et percutiebant faciem eius et interrogabant

eũ dicentes. Prophetisa quis ẽ qui te percussit. Et multa alia blasphe mantes dicebãt in eũ. Et vt fact⁹ est dies cõuenerũt seniores plebis ⁊ principes sacerdotũ ⁊ scribe/ ⁊ du xerũt illũ in consiliũ suũ dicentes. Si tu es xp̄s dic nobis. Et ait il lis. Si vobis dixero non credetis mihi. Si aũt ⁊ interrogauero non r̃ndebitis mihi neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hominis sedens a dexteris virtutis dei. Dixerũt ãt omnes. Quid adhuc desideram⁹ te stimoniũ? Ipi enim audiuimus de ore ei⁹. Et surgens omnis multitu do eorũ duxerũt illũ ad pylatum. Hec omnia narrauit lucas. Ubi in/ telligit̃ quod etiam mathe⁹ ⁊ mar cus narrauerũt ꝙ interrogat⁹ sit dñs vtrũ ipse esset fili⁹ dei. Et q̄d dixerit dico vobis/ ãmodo videbi tis filiũ hominis sedentẽ a dextris virtutis ⁊ venientem in nubib⁹ ce li/ iam lucente die gestũ/ quando lu cas dicit. Et vt fact⁹ est dies. At ꝗ ita narrat similia/ ⁊ si quid ⁊ ip se cõmemorat quod illi tacuerunt. Nocte aũt intelligim⁹ per falsos te stes actũ esse cũ domino quod bre uiter ɔmemorauerũt mathe⁹ ⁊ mar cus / lucas tacuit/ qui enarrauit q̄ circa mane sunt gesta. Nam ⁊ illi iidem mathe⁹ ⁊ marcus contexerũt narrationem in his que cũ dño ac ta sunt vsq; ad mane/ sed postea re dierũt ad narrandũ petri negatio nem. Qua terminata/ redierunt ad mane vt deinde cetera contexerent quousq; perducerent que cũ domio acta erant/ sed non dũ cõmemoraue rũt quod mane factũ esset. Johan nes quoq; cũ ea que cũ domino ge sta sunt ex quanta parte visũ est/ ⁊ petri negationem totam cõmẽoras set. Adducũt ergo inquit ihesum ad cayphan in pretoriũ. Erat ãt mãe. Ubi intelligim⁹ aut aliquã fuisse causam que egerit cayphan esse in pretorio/ nec esse presentem cũ aliĩ principes sacerdotũ haberent de do mino q̄stionem/ aut in domo ei⁹ fu isse pretorium/ cũ ad ip̄m ab initio ducebat̃ ad quem ĩ extremo perdu ctus est. Sed q² iam tanꝗ̃ conuic tũ reũ adducebant cayphe/ aut iam antea visum fuerat vt ihesus mo reret̃/ nulla mora interposita ẽ qui occidendus pylato traderet̃. Que ergo per pylatũ cu; domino gesta sunt ita mathe⁹ nararat Ac primũ excurrit inde vt ɔmemoraret exitũ traditoris quem sol⁹ narrauit ita dicens. Tũc videns iudas qui eum tradidit q² damnatus est/ peniten tia duct⁹ retulit triginta argẽteos ⁊ reliqua vsq; ibi propter hoc vo cat⁹ est ager ille acheldemac hoc est ager sanguis vsq; in hodiernũ diẽ Tũc impletũ est quod dictũ est per iheremiam prophetã dicentem. Et acceperũt. xxx. argenteos precium appreciati que; appreciauerũt filiĩ israhel ⁊ dederũt eos in agros figu li sicut constituit mihi domin⁹. Si quis aũt mouet̃ ꝙ hoc testimoniũ non inuenit̃ in scriptura iheremie prophete/ ⁊ ideo putat fidei euãge lice aliquid derogandu;/ primo no uerit/ non õnes codices euãgelioꝝ habere quod per iheremiam dictu; sit/ sed tantũmodo per prophetam. Possemus ergo dicere his potius codicib⁹ esse credendũ qui iheremie nomen non habebũt. Dictũ ẽ enĩm hoc per ꝓphetam sed zachariã. Un de putat̃ codices esse mẽdosos qui

habent nomen iheremie/quia vel za
charie habere debuerũt vel nullius
sicut quidaꝫ/sed tamen per ꝓphetã
dicenteꝫ/qui vtiqꝫ intelligitᷣ zacha
rias. Sed vtatᷣ ista defensione cui
placet. Mihi aũt cur non placeat
hec causa ẽ/qꝛ ⁊ plures codices ha
bent iheremie nomen/⁊ qui diligen
tius in grecis exemplaribꝰ euãgeli
uꝫ consideraverũt/in antiquioribꝰ
grecis ita se perhibẽt inuenisse. Et
nulla fuit causa cur adderetᷣ hoc no
men vt mendacitas fieret. Cur aũt
de nõnullis codicibꝰ tolleretᷣ fuit
vtiqꝫ causa vt hoc audax imperitia
faceret cũ turbaretᷣ questiõe qꝰ hoc
testimoniũ apud iheremiaꝫ non in/
ueniretᷣ: Quid ergo intelligendũ est
nisi hoc actũ esse secretiori consilio
ꝓuidentie dei qua mentes euãgeli
starũ sunt gubernate? Potuit enim
fieri vt animo mathei euãgeliũ con
scribentis/ꝓ zacharia iheremias oc
curreret vt fieri solet/quod tamẽ si/
ne vlla dubitatione emendaret sal
tem ab aliis ãmonitus qui ipo ad/
huc in carne viuente hoc legere po
tuerunt/nisi cogitaret recordationi
sue q̄ spiritu sancto regebatᷣ non
frustra occurrisse aliud ꝓ alio no
men ꝓphete/nisi qꝛ ita dominꝰ hoc
scribi constituit. Cur aũt ita cõsti
tuerit dñs/prima illa causa vtilis
sima debet facilime cogitari/etiã sic
esse isinuatũ ita omnes sanctos ꝓ
phetas vno spũ loqutos mirabili
inter se consensione cõstare/vt hoc
multo amplius sit q̄ʒ si omniũ õ
nia ꝓphetaruꝫ vno vnius hominis
ore dicerentᷣ. Et ideo indubitãter
accipi debere quecũqꝫ per eos spiri
tus sanctꝰ dixerit/⁊ singula esse õ
niũ/⁊ omnia singulorũ. Cũ igitᷣ et
que dicta sunt per iheremiam tam
sint zacharie q̄ʒ iheremie/⁊ que dic
ta per zachariã taꝫ sint iheremie q̄ʒ
zacharie/quid opus erat vt emẽda
ret mathęꝰ cum aliud pro alio sibi
nomen occurrens a se scriptuꝫ rele
gisset/ac nõ potiꝰ sequẽs autoritatẽ
sp̃s sancti a quo mentẽ suam regi
plus nobis ille vtiqꝫ sentiebat/Ita
hoc scriptũ relinqueret sicut eniꝫ
admonẽdo constituerat ei dñs/ad
informandos nos/tantã verboruꝫ
suorũ inter ꝓphetas esse concordi
am/vt non absurde ymmo congru
entissime etiã iheremie deputaremꝰ
quod per zachariã dictum reperire/
mus? Si enim hodie quisqꝫ uolens
alicuiꝰ verba indicare/dicat nomẽ
alteriꝰ a quo dicta nõ sunt qui cũ
sit amantissimꝰ amicissimusqꝫ ⁊ fa
miliaritate coniunctissimꝰ illius cu
ius verba dicere voluit/⁊ continuo
recordatus aliũ pro alio se dixisse/
ita se colligat atqꝫ corrigat vt ta
men dicat bene dixi/quid aliud itu
ens nisi tantã inter ambos esse con
cordiã/inter illũ scilicet cuiꝰ verba
dicere voluit ⁊ aliũ cuius ei nomẽ
pro illius nomine occurrit/vt tale
sit hoc ipm dixisse quale si ille dix
isset. Quantomagis de prophetis
sanctis hoc intelligendũ ⁊ maxime
cõmendandũ fuit/vt omniũ libros
tanq̄ʒ vnius vnũ librũ acciperemꝰ
in quo nulla rerũ discrepantia cre
deretᷣ sicut nulla inueniretᷣ? Et in
quo maior esset constantia verita
tis q̄ʒ si õnia illa vnus homo quã/
tũlibet doctissimus loqueretᷣ? Quod
ergo hinc argumentũ sumere conã
tur vel infideles vel imperiti homi
nes quasi ad ostendendã disssonan
tiam sanctorũ euangelistarum/hoc

potius debent assumere fideles et do
cti ad ostendendam unitatem sanctorum
etiam prophetarum. Est alia causa que
mihi videtur alio tempore diligentius
pertractanda (ne amplius sermonem
protendamus quam huius operis termi
nandi necessitas flagitat) cur hoc
nomen iheremie in testimonio zacha
rie sic manere permissum vel potius
sancti spiritus autoritate preceptum sit.
Est apud iheremiam quod emerit agrum
a filio fratris sui et dederit ei argen
tum non sub hoc nomine precii quod
positum est apud zachariam xxx. argen
teis verumptamen agri emptio non
est apud zachariam. Quod autem prophe
tiam de xxx. argenteis ad hoc inter
pretatus sit euangelista quod modo de
domino completum est ut hoc esset eius pre
cium manifestum est. sed ad hoc pertine
re etiam illud de agro empto quod ihe
remias dicit. In hoc potuit mistice
significari ut non hic zacharie no
men poneret qui dixit xxx. argen
teis sed iheremie qui dixit de agro
empto ut lecto euangelio atque inuen
to nomine iheremie lecto autem ihere
mia et non inuento testimonio de xxx
argenteis inuento tamen agro empto
admoneatur lector utrumque conferre
et inde sensum enucliare prophete quomodo
pertineat ad hoc quod in domino iple
tum est. Nam illud quod subiecit hu
ic testimonio matheus cum ait quem
appreciauerunt filii israhel et dede
runt eos in agrum figuli sicut consti
tuit mihi dominus nec apud zachariam
nec apud iheremiam inuenitur. Unde
magis ex persona illius euangeliste
accipiendum est eleganter et mistice in
sertum quia hoc ex domini reuelatione cog
nouerit ad hanc rem que de christi pre
cio facta est huiusmodi pertinere prophe
tiam. Liber quippe empti agri apud
iheremiam iubetur mitti in vas fictile
et emitur hoc de precio domini ager figu
li et hoc ad sepulturam peregrinorum
tanquam ad promissionem quietis eorum
qui in hoc seculo peregrinantes cum
sepeliuntur christo per baptismum. Nam et
illam emptionem agri hoc significare
iheremie dicit dominus quia erit perman
sio de captiuitate liberatorum in illa
terra. Hec tanquam delimanda arbitra
tus sum cum admonerem quid in his
propheticis testimoniis in unum re
dactis et euangelice narrationi col
latis attentius diligentiusque requi
ratur. Hec interposuit matheus de iu
da traditore

De his que apud pylatum gesta
sunt quomodo inter se nihil dissentiant

Deinde sequitur et Ca. viii.
dicit. Ihesus autem stetit ante pre
sidem. Interrogauit eum preses dicens
Tu es rex iudeorum? Et reliqua usque
ibi ihesum autem flagellatum tradidit
eis ut crucifigeretur. Hec narrauit
matheus per pylatum gesta de domino.
Marcus quoque pene eisdem verbis et
rebus concinit. Verba autem pylati
quibus respondit populo petenti
ut solemniter unus vinctus dimit
teretur refert. Pylatus autem respondit
eis et dixit. Vultis dimittam vobis
regem iudeorum? Matheus autem sic ait.
Congregatis autem illis dixit pylatus
Quem vultis dimittam vobis barrabam
an ihesum qui dicitur cristus? Nul
la questio est quod tacet ipsos petis
se ut aliquid eis dimitteretur. Sed quae
ri potest que verba pylatus dixit
utrum que a matheo an que a mar
co referuntur? Aliud enim videtur esse
quem vultis dimittam vobis barra
bam an ihesum qui dicitur christus

aliud vultis dimittam vobis regē iudeorū. Sed quia xp̄os reges dicebant/ ⁊ qui dixit illū an illū/ manifestū est quesisse an vellent dimitti sibi regem iudeorū idest xp̄z. Nihil interest sententie ꝙ hic tacuit marcus de barraba/ hoc solū volens dicere quod ad ihesum pertinebat/ qm̄ quidē in eorū responsione satis et ipe ostendit quē sibi dimitti voluerint. Pontifices inquit concitauerunt turbā vt magis barrabam dimitteret eis. Sequitur aūt ⁊ dicit. Pylatus aūt iterū respondens ait illis: Quid ergo vultis faciaz regi iudeorū? Vnde iam satis apparet ꝙ id marcus velit ostendere dicendo regē iudeorū quod mathe⁹ dicēdo xp̄m. Non enim dicebant̄ xp̄i reges nisi iudeorū. namq̄ in eo etiam loco matheus ait/ dicit illis pylatus/ quid igit̄ faciā de ihesu qui dicit̄ xp̄s. Ergo sequit̄ marc⁹. At illi iterū clamauerunt crucifige eū/ quod ille ait/ dicūt ōnes crucifigatur. Et sequit̄ marcus. Pylat⁹ vero dicebat eis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eū. Hoc mathe⁹ non dixit/ sed quoniā dixit videns aūt pylatus quia nihil proficeret sed magis tumult⁹ fieret/ dixit euz etiam lauisse manus corā populo vt innocentez se a sanguine iusti significaret (qd̄ item ⁊ marcus ⁊ alii tacent) satis etiā ostendit mathe⁹ egisse presidē cū populo vt dimitteret̄/ qd̄ breuiter significauit marcus in eo quod refert pylatū dixisse/ quid eniz mali fecit. Deinde sic etiā ipse concludit que per pylatū cum dn̄o gesta sunt. Pylat⁹ aūt inquit volēs populo satisfacere dimisit illis barrabam ⁊ tradidit ihesum flagellis cesum vt crucifigeret̄. Hec apud presidē gesta narrauit marc⁹. Lucas apud pylatū gesta sic narrat. Ceperūt āt accusare illū dicētes. Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā ⁊ prohibentē tributa dari cesari/ ⁊ dicentē se xp̄m esse regem. Hoc illi duo euangeliste non dixerūt/ cū tamen dicerent ꝙ eū accusabant. Ergo iste etiā ipsa crimina que falsa obiecerunt aperuit/ tacuit autem quod ei dixit pylatus. Non rn̄des quicq̄/ vides in quātis te accusāt? sed plane sequit̄ ⁊ dicit qd̄ etiā illi dixerūt. Pylat⁹ āt interrogauit eū dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait. Tu dicis. Hoc aūt matheus ⁊ marc⁹ cōmemorauerūt anteq̄ dicerēt cōpellatū ihesum ꝙ eis accusantib⁹ nō respōderet. Nihil aūt interest veritatis quō ordine lucas ista retulerit/ queadmodū nihil interest si alius aliquid tacet quod alius cōmemorat/ queadmodū in consequentibus dicit. Ait āt pylat⁹ ad principes sacerdotuz et ad scribas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebāt dicentes. Cōmouit populū docēs per vniuersam iudeā incipiēs a galilea vsq̄ huc ⁊ reliqua secundū lucam vsq̄ ibi. Et factū sūt amici herodes ⁊ pylat⁹ in ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Hec ōnia idest ꝙ a pylato ad herodem dn̄s missus est ⁊ que ibi gesta sunt / lucas sol⁹ indicat/ etiam si aliquid ibi ait simile quod in aliis narrationū locis apud alios possit inueniri. Ceteri aūt ea tantū dicere volunt que apud pylatum gesta sunt quousq̄ dn̄s crucifigend⁹ traderet̄.

Redien s ergo lucas ad ea q̄ apud presidem gerebant᷑ vnde digressus erat vt narraret quod apud herodem actū est. Ita sequit᷑. Pylatus aūt conuocatis principib⁹ sacerdotū ⁊ magistratib⁹ ⁊ plebe dixit ad illos Obtulisti mihi hunc hominē quasi auertentē populū/⁊ ecce corā vobis interrogans nullā causam iueni in hoie isto ex his in quib⁹ eū accusatis. Hic intelligimus eū ꝓtermisisse queadmodum a dn̄o quesierit quid accusatoribus responderz. Sed neqꝫ herodes inquit. Nā remisi vos ad illū/ ⁊ ecce nihil dignum morte actū ē ei. Et reliqua secundū lucam vsqꝫ ibi. At illi instabāt vocib⁹ magnis postulantes vt crucifigeret᷑. Et inualescebant voces eoꝝ. Matheus huic conatui pylati quo sepius cū eis egit volens vt dimitteret᷑ ihesus/paucissimis verbis satis attestatus ē/vbi ait. Videns āt pylatus quia nihil proficeret sed magis tumult⁹ fieret. Quod nō diceret nisi multū ille nisus esset/quāuis tacuerit quotiēs hoc efficere tēptauerit vt erueret ihesum furori eorū. Et lucas vtiqꝫ ita cōcludit qđ actū est apud presidē. Et pylatus inquit adiudicauit fieri petitionez eorū. Dimisit aūt illis eū qui propter homicidiū ⁊ seditionē miss⁹ fuerat in carcerē quem petebant/ Ihesum vero tradidit voluntati eoꝝ. Nunc eadē consideremus secundūz iohannē idest que per pylatū facta sunt. Et ipi inquit non introierūt in pretoriū vt non contaminarent᷑ sed manducarent pasca. Exiit ergo pylat⁹ ad eos foras/⁊ dixit. Quā accusationem affertis aduersus hominem hūc? Responderūt ⁊ dixerūt Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eū. Hoc videndū est ne cōtrariū sit ei quod lucas dicit certa in eū dicta esse crimina Et dicit que dicta sunt. Ceperūt aūt iquit accusare illū dicentes. Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā ⁊ prohibentē tributa dari cesari et dicentē se esse xp̄m regez. Quod vero nūc secundū iohannē omemorauit/ videt᷑ iudei noluisse dicere crimina cū dixisset eis pylat⁹ quā accusationē affertis aduersus hominē hūc? Responderūt eniz. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissem⁹ eū/ videlicet vt eorū autoritatez sequtus quid ei obiiceret᷑ desineret q̄rere/sed ob hoc tantū nocentē crederet ꝙ sibi ab eis tradi meruissz. Ergo intelligere debemus ⁊ hoc dictū esse/⁊ hoc quod lucas omemorauit. Multa enim dicta ⁊ multa responsa sūt vn̄ cuiqꝫ eorū quātū visum ē decerpsit ⁊ in narratione sua posuit quod satis esse iudicauit. Naz ⁊ ipse iohannes dicit quedā q̄ obiecta sunt que suis locis videbimus. Ita sequit᷑. Dixit ergo eis pylat⁹ Accipite eū vos/ ⁊ secundūz legem vestrā iudicate eū. Dixerūt ergo iudei. Nō nobis licet iterficere quēq̄ꝫ Vt sermo ihesu impleret᷑ quē dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in pretoriū pylat⁹ ⁊ vocauit ihesum ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorū? Et respondit ihesus. A temetipso hoc dicis / an alii tibi dixerūt de me? Et hoc non videt᷑ conuenire illi quod ab aliis cōmemoratuz est. Respondit ihesus. Tu dicis. Nisi in consequētibus ostenderet ⁊ illud dictū esse / vnde ostendit ea que nunc dicit a

ceteris potius euāgelistis tacita q̄a dño dicta non esse. Attēde ergo cetera. Respondit inquit pylat9/nū quid ego iude9 sum? Gens tua ꝛ pōtifices tui tradiderūt te mihi quid fecisti? Respondit ihesus. Regnum meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū ministri mei vtiq̄ decertarent vt non traderer iudeis. Nūc ergo regnū meū non ē hinc. Dixit itaq̄ ei pylatus. Ergo rex es tu? Respondit ihesus. Tu dicis/quia rex sum ego. Ecce quādo ventū est ad id quod alii euāgeliste cōmēorauerūt. Sequit᷑ ergo idē/dicēte adhuc dño quod ceteri tacuerūt/ Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc veni in mundū vt testimoniū perhiberem veritati. Omnis qui ē ex veritate/audit vocem meā. Dicit ei pylatus. Quid ē veritas? Et cū dixisset iterū exiit ad iudeos/ꝛ dicit eis Ego nullā inuenio in eo causā. Et reliqua secundū iohannē vsq̄ ibi. Et secundū legē debet mori/quia filiū dei se fecit. Hoc potest congruere ei quod lucas cōmemorat in accusatione iudeorū dictū. Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā/vt adiūgat᷑ quia filiū dei se fecit. Sequit᷑ itaq̄ iohannes ꝛ dicit. Cū ergo audisset pylatus hūc sermonē magis timuit. Et reliqua secundū iohannē vsq̄ ibi. Si hūc dimittis non es amicus cesaris. Omnis qui se regē facit contradicit cesari. Huic potest congruere quod lucas in eadē accusatōe iudeorū ita narrat Cū dixissent. Inuenimus eū subuertentē gentē nostrā/adiecit prohibētem tributa dari cesari ꝛ dicentem se xp̄ꝫ regē esse. Ex quo soluit᷑ illa questio qua putari poterat iohannem dixisse nullū a iudeis dño crimen obiectū/quādo responderūt et dixerūt ei. Si non esset hic malefactor nō tibi tradidissem9 eū. Sequitur ergo iohannes ꝛ dicit. Pylat9 ergo cū audisset hos sermones adduxit foras ihesum. Et reliqua vsq̄ ibi Responderūt pontifices. Nō habemus regē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur. Hec narrauit iohannes per pylatū gesta.

¶ De illusione qua illusus ē a cohorte pylati qūo non dissonēt matheus marc9 ꝛ iohānes. Ca. ix.

Consequens ē iam vt ipam dominī passionē secundū quattuor euangelistarū testimonia videamus quā mathe9 sic incipit. Tūc milites presidis suscipientes ihesū in pretoriū congregauerūt ad eum vniuersam cohortē. Et exuentes eū/clamidē coccineā circūdederūt ei ꝛ plectentes coronā de spinis posuerūt super caput eius/ꝛ arūdinē in dextera ei9 ꝛ genu flexo ante eū illudebant dicentes. Aue rex iudeorū. Hoc marcus in eodē loco narrationis ita dicit. Milites aūt duxerūt eū intro in atriū pretorii ꝛ conuocant totā cohortem ꝛ induunt eum purpura ꝛ imponunt ei plectentes spineam coronā/ꝛ ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorū. Et percutiebant caput ei9 arundine ꝛ cōspuebant eum ꝛ ponentes genua adorabant eum. Intelligit᷑ itaq̄ quod matheus ait clamidē coccineam circundederūt ei/hoc marcum dixisse indutum purpura. Pro regia eniꝫ purpura/clamis illa coccinea ab illudentibus adhibita erat. Et ē rubra quedā purpura cocco simillima.

Potest etiaʒ fieri vt purpurã etiã marcus cõmẽorauerit quã clamis habebat quãuis esset coccinea. Lucas hoc pretermisit. Johãnes autẽ antequã diceret q eũ pylatus crucifigendũ tradiderit/ cõmẽorauit hoc dicens. Tũc ergo apprehendit pylatus ihesum ꝛ flagellauit illũ. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerũt capiti eius/ ꝛ veste purpura circũdederunt eũ ꝛ veniebant ad eũ ꝛ dicebant ad eum. Aue rex iudeorũ/ ꝛ dabant ei alaphas. Vnde apparet matheũ ꝛ marcuʒ recapitulãdo istud cõmemorasse. Nõ quo tunc factũ sit cum eũ pylatus iam crucifigendũ tradidisset. Johãnes enim apud pylatũ dicit hec gesta satis euidẽter/ vnde isti quod preterierant recoluerũt. Ad hoc pertinet etiã quod consequẽter dicit matheus ꝛ expuẽtes in eũ acceperunt arũdineʒ ꝛ percutiebant caput eius ꝛ postquã illuserunt ei exuerunt eum clamide ꝛ induerunt eũ vestimẽtis eius ꝛ duxerunt eũ vt crucifigerẽt. Hoc q exuerũt clamidẽ ꝛ induerũt eũ vestimentis eius/ in fine factum intelligitur cũ iam duceretur. Marcus hoc ita dicit. Et postquã illuserũt ei exuerunt eũ purpura/ ꝛ induerunt eũ vestimẽtis suis

¶ Quo non repugnet q matheus marcus ꝛ lucas angariatũ dicũt qui portaret crucem/ Et q iohãnes dicit xpm crucẽ portasse. ¶ Ca. x.

Sequitur ergo matheus. Exeuntes autem inuenerunt homineʒ cyreneũ nomine symoneʒ/ hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Marcus quoque. Et educũt illuʒ inquit vt crucifigerent ꝛ angariauerunt pretereũtem symoneʒ cyreneũ venientẽ de villa patrẽ alexandri ꝛ rufi vt tolleret crucẽ eius. Hoc lucas ita dicit. Et cũ ducerent apprehenderunt symonẽ quẽdaʒ cyrenensem venientẽ de villa ꝛ imposuerunt illi crucẽ portare post ihesum. Johannes aũt sic narrat. Susceperũt aũt ihesum ꝛ eduxerũt. Et baiulans sibi crucẽ exiit in eũ qui dicitur caluarie locum/ hebraice golgotha vbi eũ crucifixerunt. Vnde itelligitur q ipse sibi crucẽ portabat cũ exiret in locũ memoratũ/ symon aũt ille in itinere angariatus est de quo tres cõmemorant/ cui data est postea portanda crux vsque ad locũ. ita vtrũque factũ inuenimus/ primo illud quod iohannes dicit/ deinde quod ceteri tres

¶ De potu quem dederũt ei priusquã cõmemoraretur eius crucifixio. ¶ Ca. xi.

Sequitur itaque matheus. Et venerũt inquit i locũ qui dicitur golgotha quod est caluarie locus. De hoc loco apertissime consentiũt. Deinde adiũgit iteʒ matheus Et dederũt ei vinuʒ bibere cum felle mixtũ. Et cum gustasset noluit bibere. Hoc marcus ita narrat. Et dabant ei bibere mirratum vinũ ꝛ non accepit. Hoc intelligendũ matheum dixisse cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit/ ꝛ mirratũ enim vinuʒ amarissimũ est. quanquã fieri posset vt ꝛ felle ꝛ mirra vinũ amarissimum redderent. Quod ergo ait marcus non accepit/ intelligitur nõ accepit vt biberet/ gustauit aũt sicut matheus testis est. vt quod idem matheus ait noluit bibere/ hoc marcus dixerit nõ accepit/ tacuit aũt quod gustauerit

¶ De diuisione vestimẽtorum eius

quēadmodum omnes cōsentiant.

Sequit᷑ mathe⁹ ¶ Ca.xii.
Postq̄ aūt crucifixerunt eū₃
diuiserūt vestimenta ei⁹ sortē mit
tentes/ ⁊ sedentes seruabāt eū. Hoc
idem marc⁹ sic narrat. Et crucifi
gentes eū diuiserunt vestimēta ei⁹
mittentes sortē super eis quis quid
tolleret. Hoc lucas sic ait. Diuiden
tes vero vestimēta miserūt sortes
Et stabat popul⁹ expectans: breui
ter a tribus dictū est: Johannes āt
distinctius hoc explicat quēadmo
dū gestū sit. Milites ergo iquit cū
crucifixissent eū acceperūt vestimē
ta eius ⁊ fecerūt quattuor partes
vnicuiq̄ militi partem ⁊ tunicam.
Erat aūt tunica inconsutilis/ desu
per contexta per totū. Dixerunt er
go adinuicē. Non scindam⁹ eā sed
sortiamur de illa cui⁹ sit/ vt scrip
tura impleret᷑ dicens. Partita sūt
vestimenta mea sibi/ ⁊ in vestē me
am miserūt sortem

¶ De hora dñice passionis quēad
modū non dissentiant marc⁹ ⁊ io
hānes propter horā tertiā ⁊ sextā.

Sequit᷑ mathe⁹ ¶ Ca.xiii.
Et imposuerunt super caput
ipsius causa₃ scriptā. Hic est ihes⁹
nazareus rex iudeorū. Marc⁹ aūt
priusq̄ hoc dixiss₃/ Erat inquit ho
ra tertia ⁊ crucifixerūt eū. Hoc eni
subiungit cū de vestiū diuisione di
xisset/ que res diligentissime cōside
randa est ne magnū faciat errorem.
Sunt enim qui arbitrent᷑ hora qui
dem tertia dñm crucifixū / a sexta
aūt hora tenebras factas vsq̄ ad
nonā/ vt consumpte intelligant᷑ ho
re ex quo crucifixus ē vsq̄ ad tene
bras factas. Et posset quidem hoc
rectissime intelligi nisi iohannes di
ceret hora quasi sexta pylatū sedis
se pro tribunali in loco qui dicit᷑
lichostratos/ hebraice aūt gabathā.
Sequit᷑ enim Erat aūt parascheue
pasce hora quasi sexta. Et dicit iu
deis Ecce rex vester. Illi āt clama
bant. Tolle tolle crucifige eū. Dixit
eis pylat⁹. Rege₃ vestrū crucifigā?
Responderunt pontifices. Non ha
bemus regē nisi cesarem. Tūc ergo
tradidit eis illū vt crucifigeretur.
Si ergo hora quasi sexta pylato
sedente pro tribunali tradit⁹ ē cru
cifigendus iudeis/ quō hora tertia
crucifixus est sicut verba marci nō
intelligentes quidā putauerūt? pri
us enim qua hora crucifigi potue
rit videamus. Deinde videbimus
cur hora tertia crucifixum dixerit
marcus. Hora erat quasi sexta cū
tradit⁹ ē crucifigēd⁹ a pylato sedē
te vt dcm̄ ē ꝓ tribunali. Nō enim iā
plena sexta erat/ sed quasi sexta/ id
est peracta quinta ⁊ aliquid etiam
de sexta ⁊ esse ceperat. Nūq̄ āt isti
dicerent quinta ⁊ quadrans / aut
quita triens/ aut quinta semis aut
aliquid huiusmodi. Habent eni mo
dū istū scripture vt a parte totum
ponant maxime in temporib⁹/ sicut
de octo illis diebus post quos eū
dicunt ascendisse in montē/ quorū
medios intuens marcus ait p⁹ di
es sex/ presertim quia tam modera
te idem iohannes loqut⁹ est vt nō
diceret sexta sed quasi sexta. Et si
ita non diceret sed tantūmodo sex/
tam diceret/ possem⁹ nos ita intelli
gere quēadmodum loqui scripture
solēt (sicut dixi) a parte totū/ vt per/
acta quinta ⁊ incohata sexta/ gererē
tur hec que narrata sunt in crucifi
xiōe dñi nostri) donec ōpleta sexta

illo pendente fierent tenebre qui/
bus tres euangeliste attestant᷑ ma
theus marcus ⁊ lucas. Queramus
iam consequēter cur dixerit marc⁹
cū cōmemorasset ꝙ crucifigētes eū
diuiserunt vestimenta ei⁹ mittētes
sortes super eis quis quid tolleret/
Et sequt⁹ adiunxit Erat aūt hora
tertia ⁊ crucifixerunt eū. Jaꝫ certe
dixerat ⁊ crucifigētes eū diuiserūt
vestimenta eius. Sic etiaꝫ ceteri at
testant᷑/ ꝙ eo crucifixo vestimēta
diuisa sunt/ Si ei⁹ rei geste tēpus
voluit cōmemorare marc⁹: sufficе
ret si diceret/ erat aūt hora tertia/
vt quid adiūxit ⁊ crucifixerunt eū?
nisi quia voluit aliquid recapitu
lando significare quod quesitū inue
niret᷑ cū scriptura illa illis tempo
ribus legeret᷑ quib⁹ vniuerse eccle
sie notū erat qua hora dn̄s ligno
suspensus ē vnde posset huius vel
error corrigi vel mendaciū refuta
ri. Sed quia sciebant a militib⁹ sus
pensum dn̄m non a iudeis sicut io
hānes apertissime dicit/ occulte ostē
dere voluit eos magis crucifixisse
qui clamauerunt vt crucifigeretur
ꝙ̄ illos qui ministeriū pricipi suo
secundū suū officiū prebuerūt. In/
telligit᷑ ergo fuisse hora tertia cuꝫ
clamauerūt iudei vt dn̄s crucifige
ret᷑/ ⁊ veracissime demonstrat᷑ tūc
eos crucifixisse quādo clamauerūt/
maxime quia volebant iudei se hoc
fecisse ⁊ propterea euꝫ pylato tra
diderant/ quod eorū verba satis in/
dicant secundū iohannē. Cū eni di
xisset eis pylatus quā accusationē
affertis aduersus hominē hunc/ res
ponderunt ⁊ dixerūt ei. Si nō esset
homo malefactor nō tibi tradidis
semus eū. Dixit ergo eis pylatus.
Accipite eū vos ⁊ secundū legeꝫ ve
stram iudicate. Dixerūt ergo ei iu
dei Nobis non licet interficere quē
ꝙ̄. Quod ergo maxime volebant fe
cisse iudei/ hoc eos hora tertia fecis
se marcus ostendit/ verissime iudi
cans magis fuisse dn̄i necatricē lin
guaꝫ iudeorū ꝙ̄ militū man⁹. Quis/
quis aūt dixerit non fuisse horam
tertiā cū hoc iudei primitus clama
uerūt/ insanissime se ostendit inimi
cū euangelii. Nisi forte aliter potu
erit eandem soluere questionē. Nō
enim habet vnde conuincat non fu
isse tūc horā tertiā/ ⁊ ideo veridico
euangeliste potius credendū ꝙ̄ con
tentiosis suspitionibus hominum.
Unde inquis probas horā tertiaꝫ
fuisse? Respondeo quia credo euan
gelistis/ quib⁹ ⁊ tu si credis/ ostēde
quēadmodum ⁊ hora sexta ⁊ hora
tertia potuerit dn̄s crucifigi ¶ De
sexta enim vt fateamur/ narratiōe
iohannis vrgemur. Tertiā marcus
cōmemorat. Quibus si vterqꝫ no
strū credit/ ostendat quēadmoduꝫ
fieri vtrūqꝫ potuerit/ libētissime ac/
quiescam ¶ Non enim sententiam
meā sed euāgelii diligo veritatē/ at
ꝙ vtinā etiam plures ab aliis inue
niant᷑ huius exit⁹ q̄stionis. Quod
donec fiat/ vtere mecū isto si placꝫ.
Si enim nullus ali⁹ exitus poterit
inueniri/ solus iste sufficiet/ si autē
potuerit/ cū demonstratus fuerit eli
gemus. Tantū non potest ꝯsequēs
esse vt quilibꝫ ōniuꝫ quattuor euā
gelistarū mentitus sit/ aut in tāto
⁊ tam sancto culmine autoritatis
errauerit. Si aūt dixerit inde se cō
uincere non fuisse horā tertiam cuꝫ
illud iudei clamauerunt/ quia p⁹ea
ꝙ̄ dixit idem marcus/ Pylat⁹ aūt

iterum respondens ait illis. Quid
ergo vultis faciam regi iudeorũ? ac
illi iterũ clamauerunt crucifige eũ:
non interponit᷑ aliquid morarum
ab eodẽ marco in eius narratione/
⁊ continuo ad id peruenit᷑ vt trade
ret᷑ ad crucem dñs a pylato/ quod
iohannes quasi sexta factũ esse cõ
memorat / intelligat qui hoc di
cit/ multa pretermissa esse que in me/
dio gesta sunt/ cũ pylatus ageret
querens quõ eũ a iudeis eriperet ⁊
aduersus eorũ insanissimã volũta
tẽ quibuscũq3 modis potuit instan
tissime niteret᷑. Matheus enim ait/
Dicit illis pylatus. Quid igit᷑ faci
am de ihesu qui dicit᷑ xp̃s? Dicunt
omnes crucifigat᷑. Tunc fuisse dici
mus horã tertiã. Quod aũt mathe
us sequit᷑ ⁊ narrat/ videns aũt py
latus quia nihil proficeret sed ma
gis tumultus fieret/ ⁊ in conatibꝰ
pylati ad eripiendũ dñm/ ⁊ in tu/
multu iudeorũ contranitentiũ/ con
sumptũ tempus duarũ horarũ itel
ligimꝰ ⁊ ceptã fuisse sextã/ qua nõ/
dũ terminata gesta sunt que ab eo
tẽpore quo pylatus dñm tradidit
vsq3 ad tenebras factas narrant᷑.
Quod aũt matheus supra cõmemo
rat. Sedente aũt illo pro tribunali
misit ad illũ vxor eius dicens/ Ni
hil tibi ⁊ iusto illi/ multa enĩ passa
sum hodie per visum propter eum:
Postea sederat pro tribunali pyla
tus/ sed inter illa q̃ priꝰ gesta nar
rabat recordatꝰ matheus quod de
pylati vxore dixit: voluit hoc ibi
interponere vt prestrueret qua ma
xime causa pylatus nec nouissime
volebat eũ tradere iudeis. Lucas
aũt narrat cũ dixisset pylatꝰ/ emẽ
datũ ergo illũ dimittã/ exclamasse

vniuersam turbã. Tolle hunc ⁊ di
mitte nobis barrabã/ s3 fortasse nõ/
dũ dixerat crucifige. Iterũ aũt py
latus secundũ eũdem lucam loqutꝰ
est ad illos volens dimittere eũ/ ac
illi succlamabãt dicentes crucifige
crucifige illũ. Tunc intelligit᷑ fuisse
hora tertia. Quod ergo sequit᷑ lucas
⁊ dicit/ ille aũt tertio dixit ad illos
quid enim mali fecit iste/ nullã cau
sam mortis inuenio in eo/ corripiã
ergo illũ ⁊ dimittã/ at illi instabãt
vocibus magnis postulãtes vt cru
cifigeret᷑ ⁊ inualescebant voces eo
rũ/ satis etiã significat magnũ tu
multũ fuisse/ ⁊ post quantũ mora
rũ illis tertio dixerit/ quid enĩ ma
li fecerit licet intellligere quantũ in
dagande veritati satis ẽ/ ⁊ postea
quod ait. Instabant vocibus mag
nis ⁊ inualescebant voces eorum /
quis non videat ideo factũ quia
videbant pylatũ eis nolle tradere
dñ3/ ⁊ quia hoc magnopere nolebat:
non vtiq3 in momento tẽporis ces
sit/ sed vel due hore ⁊ aliquid ãpli
us in illa cũctatione transierunt.
Iohannem quoq3 interroga ⁊ vide
quãta fuerit pylati illa cũctatio ⁊
recusatio tã fedi misterii. Idẽ nãq3
multo explicatius ea narrat/ quã/
uis nec ipe vtiq3 dicat omnia ĩ qui
bus due hore ⁊ de sexta aliquid p̃
terfluxit/ tamen cũ flagellasset ihm̃
⁊ a militibus veste illusoria multis
q3 illusiõibus male tractari permi
sisset credo vt hoc modo saltem eo
rũ furorem mitigaret / ne vsq3 ad
mortẽ seuire pertenderent/ exiit ite
rũ pylatus foras ⁊ dicit eis. Ecce
adduco eũ vobis foras/ vt cognos
catis quia in eo nullã causam inue
nio. Exiit ergo ihs̃ portãs spineã

coronam ꝛ purpureū vestimentū/ ꝛ dicit eis · Ecce homo/ vt illa velut ignominiosa specie visa placarent᷑. sed adiungit ꝛ dicit. Cū ergo vidissent eū pontifices ꝛ ministri clamabant dicentes. Crucifige crucifige. Tunc horā tertiā fuisse dicimus · Attende que sequūt᷑. dicit eis pylatus. Accipite eū vos ꝛ crucifigite. Ego enim non inuenio in eū causam. Responderūt ei iudei. nos legē habemus ꝛ secundū legē debet mori quia filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pylat⁹ hunc sermonē magis timuit/ ꝛ ingressus est pretoriū Iterū dicit ad ihesum vnde es tu? Ihesus aūt responsum non dedit. Dicit ergo ei pylatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatē habeo crucifigere te ꝛ potestatē dimittere te? Respondit ihes⁹. Non haberes potestatē aduersum me vllā nisi tibi eēt datū desuper. Propterea qui me tradidit tibi mai⁹ peccatū habet. Exinde pylatus querebat dimittere eū. In hoc igit᷑ ꝙ querebat pylatus dimittere eū quantū tēporis putamus esse consumptū/ quāta pretermissa q̄ a pylato dicebantur vel a iudeis contradicebantur quousqꝫ dicerent iudei vnde ille cōmoueret᷑ ꝛ cederet? Ita enī sequit᷑ Iudei aūt clamabant dicentes/ Si hunc dimittis nō es amic⁹ cesaris Omnis qui se regē facit contradicit cesari. Pylatus ergo cū audisset hos sermones adduxit foras ihm̄ ꝛ sedit pro tribunali i loco qui dicit᷑ lichostratos hebraice aūt gabatha. Erat āt parasceue pasce hora quasi sexta. Ab illa ergo voce iudeorū qua primo dixerunt crucifige eū cū esset hora tertia/ vsqꝫ ad hoc quo sedit pro tribunali per medias horas cūctationis pylati ꝛ tumultuantiā iudeorū! Que hore p̄terierant/ ꝛ peracta quinta: iā de sexta aliquid ceparat. Dicit ergo iudeis. Ecce rex vester. Illi aūt clamabant. Tolle tolle crucifige eū. Sed neqꝫ iā conuictus pylatus timore calumnie facile cedebat. ¶ Tūc enim vxor eius ad eū miserat sedentē ꝓ tribunali/ quod p̄occupauit matheus qui hoc solū cōmemorauit āteqꝫ ad eū locū narrationis veniret/ vt ibi hoc poneret vbi optimū iudicauit. Tēptans itaqꝫ pylat⁹ ne quid proficeret dixit eis. Regem vestrū crucifigam? Responderūt pontifices. Non habemus regē nisi cesarē. Tunc ergo tradidit illū eis vt crucifigeret᷑ Et dū pergit ꝛ dū crucifigit᷑ cū duobus latronibus/ dū vestes eius diuidunt᷑/ ꝛ in sortē illa tunica mittit᷑/ atqꝫ inter hec variis conuiciis illudit᷑ (simul enim cū illa gererent᷑ etiam conuicia iaciebātur) cōpleta est ꝛ hora sexta/ ꝛ facte sunt tenebre quas matheus marcus ꝛ lucas cōmemorant. Iā itaqꝫ corruat impia pertinatia ꝛ credat dn̄m ihesum xp̄m ꝛ tertia hora crucifixū lingua iudeorū/ ꝛ hora sexta manibus militū/ quia in tumultu iudeorū ꝛ pylati estibus! Que amplius hore preterierūt a voce q̄ dixerunt crucifige/ sed ip̄e marc⁹ qui maxime breuitatis sectator ē/ breuiter voluit intimare pylati volūtatem ꝛ conatū pro dn̄i vita. Cū enī dixisset. At illi iterū clamauerunt crucifige eū/ vbi ostendit ꝙ iā clamauerāt cum vellent sibi dimitti barrabā/ adiunxit. Pylatus vero dicebat eis. Quid enim mali fecit?

hoc modo breuiter isinuauit quod diu gestū est. Meminit tamen etiā ipse quid vellet intelligi qꝫ nō ait/ pylatus vero dixit eis / sed ait di cebat. Quid enim mali fecit? Quia si diceret dixit/ quasi semel dictū i͛ telligerem⁹. Quia vero ait dicebat/ satis intimauit intelligētibus mul tis modis ⁊ sepe dictum esse quous qꝫ inciperet hora sexta. Cogitemus ergo qꝫ breuiter hoc dixerit marc⁹ in cōparatione mathei/ qꝫ breuiter matheus i cōparatione luce/ qꝫ bre uiter lucas in cōparatione iohānis/ cū tamen alia ⁊ alia quisqꝫ cōmēo raret/ qꝫ deniqꝫ breuiter ipse iohan nes in cōparatione rerū que geste sunt ⁊ morarū cū illa gererent͛/ ⁊ si͛ ne insania resistendi credamus du as horas ⁊ quidaꝫ illo interuallo transire potuisse. Quisquis aūt di xerit potuisse marcū si ita esset eo tempore dicere/ fuisse horā tertiam quo erat hora tertia cū vox iudeo rum de crucifigendo dn̄o sonuisset/ dicere etiā quod eū tūc crucifixerūt ipi/ nimis superbe leges narratiōi͛ bus veritatis imponit. Sic eni pt dicere si hec ipse narraret/ eo modo eodēqꝫ ordine ab omnibus debuis se narrari quo ipse narrauit. Dig net͛ ergo consilio marci euāgeliste superari cōsiliū suū/ qui eo loco po nendū iudicauit quo loco diuina i͛ spiratione suggestū est. Recordati ones eniꝫ eorū eius manu guberna te sunt qui gubernat aquam (sicut scriptū est) qualiter illi placuerit. Hesitat eniꝫ humana memoria per varias cogitationes/ nec in cuiusqꝫ potestate est quid ⁊ quādo ei veni at i mentē. Cū ergo illi sancti ⁊ ve races viri/ quasi fortuita recorda tionū suarū propter narrationis ordinē/ occulte dei potestati cui ni hil fortuitū est cōmisissent. Non o portet quēqꝫ hominuꝫ dicere longe abiectū ab oculis dei ⁊ longe pere grinātē/ hoc loco poni debuit quod valde ignorat cur eo loco de⁹ poni voluerit. Quia ⁊ si obuelatū ē euā geliū nostrū ait apostolus. In his qui pereunt obuelatū est. Et cū di xisset. Aliis quidē sumus odor vite in vitā/ aliis odor mortis in mor tē/ subiecit statim. Et ad hec quis ydoneus: idest quis ydoneus itelli gere qꝫ iuste fiat qd idem dn̄s di cit. Ego veni vt qui nō vident vi deant/ ⁊ qui vident ceci fiant? Ipa est enim altitudo diuitiarū scientie ⁊ sapientie dei qua fit ex eadē mas sa aliud vas in honorē/ aliud i cō tumeliā. Et dicit͛ carni ⁊ sanguini: O homo tu quis es qui respōdeas deo? Quis ergo in hac re cognoscit intellectū dn̄i/ aut quis consiliari⁹ illi fuit/ vbi sic gubernauit corda reminiscentiū euāgelistarū/ ⁊ i eccle sie fastigio tāto autoritatis culmi ne sublimauit/ vt per hec ipsa que in ipis ↄtraria videri possunt/ mul ti excecarent͛ ⁊ digne traditi in cō cupiscentias cordis sui ⁊ reprobū sensum/ ⁊ multi exercerent͛ ad elimā duꝫ piū intellectū secundū occultā omnipotentis iusticiā? Dicit eni ꝓ pheta dn̄o. Nimis profunde facte sunt cogitatōes tue/ vir imprudēs non cognoscit ⁊ stultus non intelli git hec. Peto aūt ⁊ admoneo eos qui hec legunt per nos adiuuante dn̄o elaborata/ vt hui⁹ sermonis quē hoc loco interponēdū arbitra tus sum/ in omni simili questionuꝫ difficultate meminerint. De sep i⁹

eadē repetenda sint: Facile aūt vi debit qui sine impietatis duritia voluerit attendere/q̄ꝫ oportuno lo co marcus hec de tertia hora posue rit/vt quisqꝫ ibi recordet̄ qua ho ra crucifixerūt iudei dn̄m qui vole bant in romanos vel pricipes vel milites transferre ip̄m facin9/ vbi factū ministrorū militū cōmemora tū est. Ait enim Et crucifigentes eū diuiserunt vestimenta eius mitten tes sortes super eis quis quid tol leret. Qui hoc nisi milites sicut io hannes manifestat? Ergo ne quis q̄ꝫ cogitationeꝫ tanti criminis a iu deis in milites illos conuerteret. Erat aūt inquit hora tertia ⁊ cru cifixerūt eū/ vt illi eū potius cruci fixisse inueniant̄ quos hora tertia vt crucifigeret̄ clamare potuisse di ligens inquisitor inueniet/ cuꝫ ad uerterit hoc quod a militibus fac tū est hora sexta factū esse/ q̄ꝫq̄ꝫ nō desint qui parasceuesquā iohānes cōmemorauit dicens. Erat aūt pa rasceue hora fere sexta/ horam diei tertiā velint intelligi qua sedit py latus pro tribunali/ vt eadē tertia cōpleta videat̄ quādo crucifixus ē/ atqꝫ illo iaꝫ pendente in ligno alie tres hore peracte sint ⁊ reddiderit spiritū/ vt ab ea hora qua defunc t9 est idest diei sexta/ tenebre fierēt vsqꝫ ad nonā. Dicūt enim die qui/ dē illo quē dies sabbati sequebatur parasceuen fuisse pasce iudeorū/ q̄d ab eo sabbato iam inciperēt aꝫima/ sed tamē verū pasca quod iā i pas sione dn̄i gerebat̄/ non iudeorū sed xp̄ianorum/ cepisse preparari idest parasceuen habere ab hora noctis nona/ in eo q̄ dn̄s a iudeis occidē dus preparabat̄. parasceue quippe interpretat̄ preparatio. Ab illa er go nona noctis vsqꝫ ad eius cruci fixionem occurrit hora parasceues sexta secundū iohannē/ ⁊ hora diei tertia secundū marcū/ vt non mar cus horā illā recordatā recapitulā do cōmēorauerat qua clamauerūt iudei crucifige crucifige / sed eā ꝑ sus horā tertiā dixerit qua dn̄s ē fixus in ligno. Quis fidelis nō hu ic faueat solutōi questionis/ si mō possit ali9 articulus coniūci/ ab ho ra nona noctis vnde cepisse paras ceuen pasce nostre idest preparatio/ nē mortis xp̄i congruenter itelliga mus? Si enim dicam9 eā cepisse qn̄ a iudeis apprehens9 est dn̄s/ adhuc noctis prime partes erant. si quan do ad domū perductus ē soceri cay phe vbi ⁊ audit9 est a principib9 sacerdotū/ adhuc gallus nō cātaue rat/ quod ex petri negatōne colligi/ mus/ q̄ue cū iam audiret̄ facta est. si aūt quādo pylato traditus ē/ iā mane fuisse apertissime scriptum ē. Restat ergo vt intelligamus tūc ce pisse istā parasceuē pasce idest pre parationē mortis dn̄i/ quando res ponderunt omnes principes sacer dotū apud quos primo audiebat̄ ⁊ dixerunt reus est mortis / quod apud matheū ⁊ marcū inuenit̄/ vt recapitulando intelligant̄ de petri negatione postea dixisse quod an tea factū erat. Non enim absurde coniicitur/ eo tempore quādo vt di xi reū mortis prenūciauerūt/ nonā horā noctis esse potuisse/ ex qua ho ra vsqꝫ ad horā qua sedit pylatus pro tribunali quasi sexta hora fuit non diei sed parasceues idest i/ molationis dn̄i quod verū pasca ē/ vt plena sexta eiusdē parasceues

que plena diei tertia occurrebat/ dominus suspenderetur in ligno. Siue ergo hoc potius intelligendũ legatur/ siue marcus tertiã horã recoluerit eãq maxime ad condemnationem iudeorũ in dñi crucifixione cõmemorare voluerit qua intelliguntur clamare potuisse vt crucifigeretur vt ipsos potius crucifixisse acciperemus q eos quorũ manibus suspensus est in ligno/ sicut ille centurio magis accessit ad dñm q illi amici quos misit/ procul dubio qstio soluta est de hora dñice passionis/ que maxie solet ꝛ contentiosorũ concitare impudentiã ꝛ infirmorũ imperitiam perturbare

¶ De duob9 latronibus cũ eo crucifixis quõ oẽs concordãt ¶ Ca. xiiii

Sequitur matheus ꝛ dicit. Tũc crucifixi sunt cũ eo duo latrones vnus a dextris ꝛ vnus a sinistris/ ꝛ marc9 similiter ꝛ lucas/ nec iohannes aliquã facit questionem quãuis latrones eos non dixerit. Ait enim ꝛ cũ eo alios duos hic et hinc/ mediũ aũt ihesum/ esset autem contrariũ si cu3 dixissent latrones iste diceret innocentes

¶ De his qui dño insultarũt quõ inter se consonent matheus marc9 ꝛ lucas. ¶ Ca. xv.

Sequitur matheus ꝛ dicit. Pretereũtes aũt blasphemabãt eũ mouentes capita sua/ ꝛ dicentes. Vach qui destruis templũ ꝛ in triduo illud reedificas/ salua temetipsum/ si filius dei es descende de cruce. Huic marcus pene ad eade3 verba consonat. Sequitur deinde matheus ꝛ dicit/ similiter ꝛ principes sacerdotũ illudentes cũ scribis ꝛ senioribus dicentes. ¶ Alios saluos fecit/ seipm non potest saluum facere/ Si rex israhel est descendat nũc de cruce ꝛ credimus ei. Confidit ĩ deũ liberet eũ nunc si vult Dixit eni q2 filius dei sum. Marc9 ꝛ lucas quãuis alia verba dicant/ ad eandem tamen sententiã concinũt/ cũ ali9 ptermittit quod alius cõmemorat. De principibus sacerdotũ q insultauerũt dño crucifixo pariter non tacent/ q seniores tacuit marcus. Lucas aũt quia pricipes dixit nõ addit sacerdotũ/ magis noie generali õnes primates cõplexus ẽ/ ut ibi possent intelligi ꝛ scribe ꝛ seniores

¶ De latronũ insultatione quõ nõ repugnant matheus ꝛ marcus luce qui dicit vnũ insultasse ꝛ alterum credidisse. ¶ Ca. xvi.

Sequitur matheus ꝛ dicit. Id ipsum aũt ꝛ latrones qui crucifixi erant cũ eo improperabant ei. Hec marcus discrepat hoc idem dicens aliis verbis. Lucas ãt pt putari repugnare nisi genus loqutionis satis vsitatũ obliuiscamur. Ait enim lucas. Vnus aũt de his qui pendebant latronibus blasphemabat eũ dicens. Si tu es xps saluu3 fac temetipm ꝛ nos Et sequitur ide3 ipe atq ita contexit. Respondens aũt alter increpabat illũ dicẽs. Neq tu times deũ q in eadẽ damnatione es! Et nos quidẽ iuste/ na3 digna factis recipim9/ hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Dñe memento mei/ cũ veneris ĩ regnũ tuũ. Et dixit illi ihesus. Amẽ dico tibi/ hodie mecũ eris in paradiso. Quõ ergo sicut matheus dicit latrones qui crucifixi erant cũ eo improperabant ei ꝛ qui cũ eo crucifixi erant conuiciabantur ei: q̃nquide3

vnus eorum conuiciatus est secundum luce testimonium/ alter et compescuit eum et in deum credidit. Nisi intelligamus matheum et marcum breuiter perstringentes hunc locum/ pluralem numerum pro singulari posuisse/ sicut in epistola ad hebreos legimus pluraliter dictum clauserunt ora leonum/ cum solus daniel significari intelligatur. Et pluraliter dictum secti sunt/ cum de solo ysaya tradatur. In psalmo etiam quod dictum est/ astiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnum/ pluralem numerum pro singulari positum in actibus apostolorum exponitur. Nam reges propter herodem/ principes propter pylatum intellexerunt qui testimonium eius psalmi adhibuerunt. Sed quia et pagani solent calumniari euangelio/ videant quomodo loquuti sunt autores eorum fedras medeas et clitemestras cum singule fuerint. Quid autem vsitatius (verbi gratia) quam vt dicat aliquis/ et rustici mihi insultant/ etiam si vnus insultet? Tunc enim esset contrarium quod lucas de vno magnificauit si illi dixissent ambos latrones conuiciatos domino/ ita enim non posset sub numero plurali vnus intelligi/ cum vero dictum est latrones/ vel qui cum eo crucifixi erant/ nec additum est ambo (Nam non solum si ambo fecissent posset hoc dici/ sed etiam quia vnus hoc fecit) potuit vsitato loquutionis modo per pluralem numerum significari.

De potu aceti quomodo omnes inter se consentiant. Ca. xvii.

Sequitur matheus et dicit. Sexta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram/ vsque ad horam nonam. Hoc et duo alii euangeliste contestantur. Addit autem lucas etiam vnde facte sunt tenebre idest solem obscuratum. Sequitur matheus. Et circa horam nonam clamauit ihesus voce magna dicens/ hely hely lamasabathani/ hoc est deus meus deus meus vt quid dereliquisti me. Quidam autem illic stantes et audientes dicebant: heliam vocat iste. Marcus pene ad eadem verba/ ad eandem tamen sententiam non pene sed omnino consentit. Sequitur matheus. Et continuo currens quidam ex eis acceptam spongiam impleuit aceto et imposuit arundini et dabat ei bibere. Sic et marcus dicit. Currens autem vnus et implens spongiam aceto circumponensque calamo potum dabat ei dicens/ sinite videamus si veniat helyas ad deponendum eum. Quod quidem de helya non ipsum qui obtulit spongiam cum aceto sed ceteros dixisse matheus narrauit. Ait enim. Ceteri vero dicebant/ sine videamus an veniat helyas liberans ipsum. Vnde intelligimus et illum et ceteros hoc dixisse. Lucas autem antequam de latronis insultatione narraret hoc de aceto ita commemorauit/ Illudebant autem ei et milites accedentes et acetum offerentes illi dicentes Si tu es rex iudeorum saluum te fac. Semel compleri voluit quod a militibus factum et dictum est. Vbi mouere non debet quod non vnum eorum dixit acetum obtulisse/ genus enim loquutionis tenuit de quo supra tractauimus pluralem pro singulari ponens. Hoc autem de aceto etiam iohannes commemorauit vbi ait. Postea sciens ihesus quia iam omnia consummata sunt/ vt consummaretur scriptura quod dixit sitio/ vas autem positum erat aceto plenum/ illi autem spongiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerunt

ori eius. Sed quod apud eũdem io hanne inuenit᷑ dixisse sitio/ ⁊ quia vas ibi erat aceto plenũ/ non ē mirũ si ceteri tacuerũt

¶ De vocibus dñi quas continuo moritur⁹ emisit q̃uo nõ repugnẽt euangeliste ¶ Ca. xviii.

Sequit᷑ matheus. Ihesus aũt iterum clamans voce magna emisit spiritũ/ Marcus similiter ~~Johannes~~ ait/ emissa voce magna expirauit. Lucas aũt quid ipa voce magna dixerit declarauit. Dixit enim. Et exclamãs voce magna ihesus ait. Pater in manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ. Et hec dicens expirauit. Johannes vero sicut tacuit illã vocem primã hely hely quam matheus ⁊ marcus retulerũt/ tacuit etiã istã quã solus lucas indicauit. Illi aũt duo nomine vocis magne significauerũt/ idest pater in manus tuas cõmendo spiritũ meum/ quod eũ voce magna dixisse ⁊ ipse lucas similiter attestat⁹ est/ vt itelligeremus hanc fuisse vocez magnã quã matheus ⁊ marcus cõmemorauerunt. Sed dixit iohannes quod nullus illorũ triũ eũ dixisse cõmẽorat/ consummatũ est/ cũ acetũ accepisset/ quod eũ ante ipam vocẽ magnã dixisse intelligimus. Hec sunt eñi verba iohannis. Cũ eñi accepisset ihesus acetũ dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritũ. Inter illud quod ait consũmatũ est ⁊ illud quod ait ⁊ inclinato capite tradidit spiritũ/ emissa ē vox illa magna quã tacuit iste/ ceteri aũt tres cõmẽorauerunt. Hoc eñi apparet esse ordinis vt ãte diceret cõsummatũ est/ quoniã perfectũ in illo esset quod de illo ꝓphetisatũ erat/ ⁊ tanq̃ȝ ad hoc expectaret qui vtiq̃ȝ cũ vellet moreret᷑. Deinde cõmendans tradidit spirituȝ. sed quouis ordine quilibet arbitretur dici potuisse/ hoc magnopere cauendũ est ne cui videat᷑ quisq̃ȝ euãgelistarũ alteri repugnare/ si vel tacuit quod alius dixit/ aut dixit q̃ꝺ alius tacuit

¶ De scissione veli q̃uo non dissẽtiant mathe⁹ ⁊ marcus a luca quo ordine factũ sit ¶ Ca. xix.

Sequit᷑ matheus. Ecce velum tẽpli scissum est in duas partes/ a summo vsq̃ȝ in deorsum. Et marcus sic. Et velũ tẽpli scissum ē mediũ. sed non eodẽ ordine. Volẽs [lucas] eñi miraculũ miraculo adiungere/ cũ dixisset sol obscuratus est/ continuo subiungendũ existimauit ⁊ velũ tẽpli scissum est mediũ/ preoccupans videlicet quod expirante domino factũ est/ vt deinde recapitulans exequeret᷑ ⁊ ~~de potu aceti~~ de illa voce magna/ ⁊ de ipa morte/ q̃ ante scissionẽ veli post tenebras facta intelligunt᷑. Matheus eniȝ qui cũ dixisset ihesus aũt iterũ clamãs magna voce emisit spiritũ/ cõtinuo subiecit et ecce velũ tẽpli scissum ē satis expressit tunc esse scissum cuȝ ihesus emisisset spiritũ. Si autẽ nõ addidisset ⁊ ecce/ sed simpliciter dixisset ⁊ velum tẽpli scissum ē/ incertum esset vtrũ ipse ⁊ marcus hec recapitulando cõmẽorassent. Lucas autẽ ordinẽ tenuisseȝ/ an lucas recapitulasset q̃ꝺ illi ordine posuissẽt

[Et velũ tẽpli scissũ est in duo a summo usq̃ȝ deorsum. Lucas uero sic]

¶ De ãmiratione centurionis ⁊ illorũ qui cum eo erant quomõ consentiant matheus marcus ⁊ lucas. ¶ Ca. xx.

Sequit᷑ mathe⁹. Et terra mota ē ⁊ petre scisse

sunt ⁊ monumenta aperta sunt/ et multa corpora sanctoꝝ qui dormi erant surrexerũt/ Et exeũtes de mo numentis post resurrectionē eiꝰ ve nerũt in sanctā ciuitatē/ ⁊ apparue runt multis. Hec que solꝰ dixit/ nō est metuendũ ne cuiq̃ ceterorũ re pugnare videant̃. Sequit̃ idem ip se. Centurio aũt ⁊ qui cũ eo erant custodientes ihesum/ viso terre mo tu ⁊ his que fiebant/ timuerũt val de dicentes. Vere dei filiꝰ erat iste. Marcus sic ait. Videns aũt centu rio qui ex aduerso stabat quia sic clamās expirasset ait. Vere homo hic filiꝰ dei erat. Lucas sic ait. Vi dens aũt centurio quod factũ fue rat/ glorificauit deũ dicens: Vere hic homo iustus erat. Non est con trariũ quod matheꝰ viso terre mo tu dicit admiratũ centurionē ⁊ eos qui cũ illo erant/ cũ lucas dicat hoc eũ admiratũ ꝙ emissa illa voce ex pirasset ostendens quā potestatem habuerit quando moreret̃. In eo quippe ꝙ idē matheus non solum dixit viso terre motu/ sed etiā addi dit ⁊ his que fiebant/ integrũ locũ fuisse demonstrauit luce/ vt diceret centurionē ipsam dñi mortē fuisse miratũ/ quia ⁊ hoc inter illa est que tunc mirabiliter facta erant. Quāq̃ ⁊ si matheus illud non addidisset/ itelligendũ erat/ cũ miranda facta fuerint/ ⁊ ōnia centurio ⁊ qui cũ eo erant mirari potuerint/ liberum fuisse narrantibus quid quisq̃ illũ miratũ cōmeōrare voluisset. Nec eos sibi repugnare cũ alius illud/ alius illud diceret fuisse miratũ/ qñ ōnia fuerat ille miratus. Quod aũt alius ait cēturionē dixisse vere dei filius erat iste. Alius aũt vere ho hic filius dei erat/ non mouebit eũ cui non exciderunt tam multa supe rius similiter dicta ⁊ exposita/ ad vnā quippe sententiā vtraq̃ verba concurrũt. Nec quod alius tacuit homo/ alius dixit/ nullomodo con trariũ est. Magis quod lucas non ait centurionē dixisse filiꝰ dei erat sed iustus erat/ potest putari diuer sum. Sed vel vtrũq̃ dictũ a centu rione intelligere debemꝰ/ ⁊ aliud ali os aliud istũ cōmeōrasse. Vel for tasse lucā exprimere voluisse sentē tiā centurionis qũo dixerit ihesũ filiũ dei. Forte eũ non vnigenitũ equalē patri cēturio intellexerat/ sȝ ideo filiũ dei dixerat quia iustũ cre diderat/ sicut multi iusti dicti sunt filii dei. Quod aũt etiā ipse lucas dixit videns aũt centurio quod fa ctũ erat/ in eo genere inclusit ōnia que in illa hora mirabiliter facta erant/ tanq̃ vnũ mirabile factũ cō meōrans/ cuius quasi mēbra ⁊ par tes erant ōnia illa miracula. Iā ve ro quod matheus addidit eos qui cũ centurione erant/ alii aũt hoc ta cuerunt: cui nō appareat ex notissi ma regula/ non esse contrariũ cum alius dicit quod alius tacȝ. Et qđ matheus dixit timuerũt valde. Lu cas aũt non dixit timuit sed glori ficauit deũ/ quis non eũ intelligat timendo glorificasse?

¶ De mulieribus que ibi stabant qũo matheus marcus ⁊ lucas qui dicunt eas longe stetisse non repug nent iohanni dicenti vnā iuxta cru cē stetisse ¶ Ca. xxi.

Sequit̃ matheus. Erant autē ibi mulieres multe a longe q̃ secute fuerant ihesum a galilea mi nistrantes ei. Inter q̃s erat maria magdaˡᵉⁿᵉ ⁊ maria

iacobi ꝛ mater ioseph ꝛ mater filiorũ zebedei. Marcus sic ait. Erãt aũt ꝛ mulieres de longe aspiciẽtes inter quas et maria magdalene et maria iacobi minoris ꝛ ioseph mater ꝛ salome. Et cũ esset in galilea sequebantur eũ ꝛ ministrabãt ei / ꝛ alie multe que simul cũ eo ascenderant iherosolimã. Inter hos nihil video ꝙ contrariũ possit putari. Quid enim interest ad veritatẽ ꝙ quasdã mulieres pariter / quasdã singuli narrauerunt. Lucas quoqꝫ ita narrationẽ contexit. Et õnis turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ istud ꝛ videbant que fiebant / percutientes pectora sua reuertebãtur. Stabant aũt õnes noti eius a longe ꝛ mulieres que secute erãt eũ a galilea hec videntes. Unde superioribus duobus de mulierũ presentia satis consentit / quãuis nullã earũ nominatim exprimat. De turba etiã que simul aderant / ꝛ videntes que fiebant tundebant pectora sua ꝛ reuertebant᷑ / cõsentit matheꝰ / quãuis seorsum ãnexuerit / Centurio ãt ꝛ qui cũ eo erant. Quapropter tãtũmodo de notis eius qui stabant a longe solus inuenit᷑ dixisse. Naꝫ ꝛ iohannes cõmẽorauit de presentia feminarũ anteqꝫ dñs emisisset spiritũ ita narrans. Stabat autẽ iuxta crucẽ ihũ mater eius / ꝛ soror matris eius maria cleophe ꝛ maria magdalene. Cũ vidisset ergo ihesus matrẽ ꝛ discipulũ stantẽ quẽ diligebat. Dicit matri sue. Mulier ecce filius tuꝰ. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Qua in re nisi apertissime matheus quoqꝫ ꝛ ~~lucas~~ mariã magdalenã nominasent / possemus dicere / alias a longe alias iuxta crucẽ fuisse. Nullꝰ eniꝫ eorũ preter iohannẽ matrẽ dñi cõmẽorauit. Nũc ergo quõ intelligatur eadẽ maria magdalene ꝛ longe stetisse cũ aliis mulieribus sicut matheus ꝛ lucas dicunt / ꝛ iuxta crucẽ fuisse sicut iohannes dicit / nisi qꝛ in tanto interuallo erant ut ꝛ iuxta dici possent quia in conspectu eiꝰ presto aderant / ꝛ a longe in cõparatione turbe propinquiꝰ circũstãtis cũ centurione ꝛ militibus. Possimus etiã intelligere ꝙ ille que simul aderant cũ matre dñi quando eã discipulo cõmendauit / abire iaꝫ ceperant ut a densitate turbe se exuerent / ꝛ cetera que facta sunt longius intuerentur / ut ceteri euãgeliste qui post mortẽ dñi eas cõmẽorauerunt / iã longe stãtes cõmẽorarent.

Margin: + lucas; marcus; + marcus

De ioseph qui petiuit corpꝰ dñi quõ non dissentiant. Ca. xxii.

Sequit᷑ matheus. Cũ sero esset venit quidã homo diues ab arimathia nomine ioseph / qui ꝛ ipse discipulus erat ihesu. Hic accessit ad pylatũ / ꝛ petiit corpus ihesu. Tunc pylatus iussit reddi corpus. Marcus sic ait. Et cũ iã sero esset factũ quia erat parasceue quod est ante sabbatũ / venit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui ꝛ ipse erat expectãs regnũ dei. Et audacter introiuit ad pylatũ ꝛ petiit corpus ihesu. Pylatus ãt mirabatur si iã obisset. Et accercito centuriõe interrogauit eum si iã mortuus esset. Et cũ cognouisset a centurione donauit corpꝰ ioseph. Lucas ãt sic narrat. Ecce vir nomie ioseph qui erat decurio vir bonꝰ ꝛ iustꝰ. Hic non consenserat consilio ꝛ actibꝰ

